ITINER-

ARIUM

ULM
1787

190

R150

THE GIFT OF
LESSING J. ROSENWALD
TO THE LIBRARY OF CONGRESS

-10- fie

D. Bartholomaeus Goyl Parochus
dono dedit Adamo Walassero

Adam Walasser dedit mihi p 4 k

O mawia oza pnobz

Prefacio in itinerarium seu peregrinatio
nem: beate virginis et dei genitricis marie.

Subsequens oratio de beata virgine et dei genitrice maria: continens principalioza ipsius et filij eius gesta: in septē partes prin cipales est distributa. Cuius quidem diui sionis congruitas assignari potest propter multa. Pri mo et principaliter propter septem status seu etates eius quas habuit in presenti vita: que quidem etates cōgrue (vt videtur) in septenarum numerum sunt distribute vt plane patere potest diligenter hanc orationem conti nuanti. Secundo propter cōuenientiam petitionum in eadem oratione contentarum · que in septem possunt di uidi petitiones. Prima est pro peccatoribus: primum a peccatis recedere pretendentibus · de qua in prima par te principali tractatur. Alie due petitiones sunt pro inci pientibus · scōm q ipis competit penitentiam acceptare qō facere possunt dupliciter · scilicet peccata veraciter pe nitendo et contra ea fortiter pugnando · de quibus in se cunda et tertia partibus. Etiā due sunt pro proficientib⁹ scōm q ipsis conuenit in merito proficere · qō facere pos sunt dupliciter · scilicet agendo suple p virtutes · et patien do suple aduersa · de quibus in quarta et quīta partibus. Ultime vero due sunt pro perfectis · scōm q ipis compe tit a terrenis eleuari · qō dupliciter fieri potest · scilicet q̄ te celestia cōtemplando et secure mortem expectādo · de quibus in sexta et vltima partibus. Tertio propter sep tem festiuitatibus beate virginis marie pro nūc in eccle sia versantes vtpote conceptionis · natiuitatis · presenta tiōis · annūtiationis · visitationis · purificatiōis · et assump tiōis. Que quidem festiuitates · licet non correspondeāt

REGIA MONACENSIS.
DVPLVM BIBLIOTHECÆ R. MONAC.
749/1

partibus pense orationis directe·sunt tamē in ipsis con-
tente ¶ Quarto propter numerum septem dierum in eb
domoda contentorū quia quanq̄ eadem oratio dici pos
sit semper ⁊ ad placitum orantis·potest tamē si pro vna
vice dici attediatur·aut ad eam totaliter dicendam tem
pus non patitur cū scd̄m beatum gregorium ingratū sit
deo quicq̄t ei obtulerimus·eo neglecto ad qd̄ tenemus
ne ex toto silescat memoria gloriose virginis marie·saltē
particulariter septem diebus in ebdomoda contentis co
modolibet applicari·semper a secunda feria ipsam in cipi
endo·sic vt quinta pars correspondens passioni domi-
nice sexta dicatur feria. Et sic d̄ alijs conuenientijs ad ꝓ
positum applicandis·vti etiam ꝓ conuenientia eiusdem
numeri septem hore canonice nō in congrue possent ad
aptari ¶ Insuper etiā quelibet partium in tres subdiui-
ditur articulos·scd̄m ꝙ semper a principio vniuscuiusq̄
partis captatur beniuolentia per laudes· ī medio annec
tuntur varie admonitiones· ⁊ fine subiunguntur predic
te petitiōes·partibus ⁊ materie congruentibus. Et iterꝝ
quilibet articulus in tot diuiditur puncta·quot sunt prin
cipaliora beate virginis marie ⁊ filij eius in eodem statu
gesta·seu etiā quot sunt hanc orationē dicenti vtiliter pe
tenda. Quia aūt in quolibet puncto vniuscuiusq̄ articu
li·longa (vt in plurimum) hystoria paucis cōprehendi-
tur verbis·ideo necesse erit·vt qd̄ breuitate verborū ob-
mittitur·corde ⁊ animo latius contemplando supleatur
¶ Ex hinc postq̄ continuanti eandem orationem omniū
punctorꝝ ⁊ articulorum singularum partium ordo ⁊ pro
cessus innotuerit·⁊ memorie impressus fuerit·profecto ꝓ
derit vt aliquando per campos eundo·limina sanctorū
visitando·aut alias per ocium vacando·eadē oratō non
solum verbis latinicis aut forma prenotatis·verum etiā

alijs (vtpote wlgaribus) verbis·ab extra seu mēteten⁹ consimiliter masticetur ⁊ sic ex deuotione prout spiritus dabit seu orantis deuotio dictabit transformata dicatur ¶ Et experimento patebit cottidiano·q deuotus amator gloriose virginis marie per hunc continuandi modum· statim nouam ⁊ inexpertam sentiet dulcedinem que vti nam hic ipsa suffragāte taliter gustetur a nobis in via q̄· tenus tandē etiam perficietur in nobis in patria·Amen/

¶ Poteſt ſi placet ſubſequens lamentatio preponi·⁊ p eam mens tepida ad orandum diſponi

¶ Misserationum dñi ac laudum eius recordabor in omnibus que reddidit nobis dominus deus noſter·⁊ ſuper multitudine bonorum ſuoꝝ ac miſericordiarum ſuaꝝ letabitur anima mea quoniam multitudo viſcerum eius ⁊ miſerationum ſuaꝝ ſuper filios hominum. Scientqꝫ hij qui ab ortu ſolis ſunt ⁊ qui ab occidente quoniam abſqꝫ eo nō eſt ſaluator. ¶ Cogitaui ergo merens in cubili cordis mei dies antiquos ⁊ vidi nihil ſub ſole permanere·ſed cunctos dies hominis plenos doloribus ⁊ erumnis nec per noctem ſaltem mente hominem requieſcere·ideoqꝫ teduit me vite mee quia velox curſus omnium rerū. Moritur iuſtus ⁊ iniuſtus diues ⁊ pauper doctus ⁊ indoctus. ¶ Et ſicut piſces hamo ⁊ aues laqueo·ita capiuntur homines in tempore malo cum ctaqꝫ opera eius ducuntur ad iudiciū. Riſus dolore miſcetur ⁊ extrema gaudij luctus occupat. Scio itaqꝫ q̄m vanitas vanitatū ⁊ omnia vanitas. ¶ Noui etiā quoniā adoleſcentia ⁊ voluptas vana ſunt atqꝫ periculoſa·nec ſtabilis animus adoleſcētis. ¶ Heu me miſeꝫ ac cecū qui errore deceptus· preterfugi ſuauiſſimum dñi iugum ſed fabricaui ſup eius dorſum ⁊ addidi ſup omnem dolorem wlnerū eius in diebus iuuentutis mee oblitus creatoris

nunc vero occupat me tpus afflictōnis. Tenebrescit sol
oculoꝝ meoꝝ·mouent̄ custodes dom⁹ mee·⁊ obsurde-
scūt om̄es filie carmīs Vere inuenerūt me multa mala
p̄occupant me laquei mortis·nec deserūt me gemitus ⁊
angustie cordis·diesq3 mei sic̄ vmbra sup terram. Nūc
ergo dn̄e aperi aures tuas·⁊ exaudi p̄ces famuli tui do
mīe deus patrū nostroꝝ·q̄ om̄ia fecisti verbo tuo·⁊ cō-
stituisti hoīem vt dn̄aretur creature tue·posuistiq3 om
nia in numero pondere ⁊ mensura·fac mecū scd̄m mise
ricordiā tuā·qm̄ infirm⁹ sum ⁊ exigui tp̄is. Tu em̄ inue
stigabilis in misericordia tua: tu fecisti celū ⁊ terrā cum
om̄i ornatu eoꝝ: ꝓmissiones tue multe: patiens: longa-
nimis ⁊ p̄stabilis sup malicijs hoīm. Tu es q̄ deles ini-
quitates nostras ꝓpt̄ te·⁊ si reductus fueris ī memoriā·
peccatoꝝ nostroꝝ nō recordaberis. Misereris oīm·⁊ ni
hil eoꝝ odisti que fecisti Tu dn̄e scd̄m bonitatē ꝓmisisti
penitentiā remissionis peccatoꝝ·nō iustis abrahā ysaac
⁊ iacob ⁊ alijs qui tibi nō peccauerūt. Ego aūt peccaui
sup numerū harene maris·⁊ multiplicate sunt iniq̄tates
mee·nec vlla ē mihi respiratio·sed excitaui iracundiam
tuā·⁊ malū corā te feci·multiplicans peccata mea. Fle
cto igit̄ corā te genua cordis mei·p̄cans bonitatē tuam
dn̄e peccaui namq3 dn̄e·peccaui ⁊ iniq̄tatē feci. Peto
te dn̄e deus·remitte mihi·remitte mihi pri⁹ q̄3 abeā·ne
simul ꝑdas me cū iniq̄tatibus meis·aut inet̄nū reserues
mala mea mihi·quia nec opus nec ratio: nec sapientia:
neq3 sciētia erit aput īferos·sed īdignū me saluab̄ scd̄m
magnā miscd̄iam tuā·⁊ laudabo te sp oīb⁹ diebus vite
mee: qm̄ te laudat oīs v̄t⁹ celoꝝ. Et nūc ad quē me v̄tā
ī fluctib⁹ h⁹ mdi ꝯstitut⁹·q̄3 ad eā p q̄3 descendūt fluēta
gr̄aꝝ·oīb⁹ gratijs adornatā·mr̄e3 miscd̄ie effectā·⁊ me
diatricē dei ⁊ hoīm ꝯstituta. Ꝯp̄am voco v̄ginē mariā

¶ Prima pars commemorans gesta virginis ĩ primo vite sue statu · videlicet a die creationis seu cõceptiõis sue: vsq; ad annuncciationem dominicã peracta · ẽ oratio peccatoꝝ · iã primũ a peccatis recedere p̃tendentiũ

Pulcherrima: famatissima: et excellentissima semp̃ v̄go et ineternum benedicta dei mater maria. O femina miranda ab omni re creata: mirifice laudanda: per te enim elementa renouant̃: inferna remediantur: homĩes saluãtur: ⁊ angeli reintegrant̃. O preclara puella ac lucidissima creatura: a sole iustitie d̄ te ꝓgressuro q̃dam matutina irradiatõne p̃uenta. Qui em̃ fabricatus ẽ aurorã ⁊ solem: te puriorẽ fabricauit suam matrẽ · Talẽ te cõdidit in tpe · q̃lem te elegit ⁊ habere voluit ĩ sua eternitate · quia in te ⁊ de te debebat assummere: qd̄ sibi ineternũ vnitum esset ĩ vnitate p̄sone: et de quo exiret pretiũ totius liberationis: iustificationis ac beatificationis humane. O q̃ pulchra es impatrix celorũ · quã scrutator renũ ꝓbat: q̃ inspector cordium laudat: q̃ diligit auctor pulchritudinis · cui testimoniũ ꝑhibet magister veritatis · cuius decorẽ ⁊ pulchritudinẽ angeli mirantur: cuius gloriã ⁊ benedictionem sancti ꝯtemplant̃: ante cuius conspectũ humana mens letatur: sathan fugit: ⁊ infernus contremiscit. O regina nobilissima ⁊ singularis dña: non fortuite inuenta: sed a seculis p̃ electa · ab altissimo p̃ ꝯgnita ⁊ sibi preparata · ab angelis seruata: a patribus p̃signata: figuris ⁊ enigmatib⁹ ꝓphetaꝝ laudabiliter ꝓnuncciata. Scala iacob

celos attingens·rubus ardens ⁊ ardorem nesciens·aa
ron virga florida·vellus gedeonis·stirps ⁊ radix iesse
ortus ꝑclusus:fons signatus:ezechielis porta clausa·to
ta dulcis mitis ⁊ formosa·tibi nāqz nullū bonū defuit·
cuius pura creatura in statu vie capax fuit vel esse po
tuit. ¶ En ego miser peccator ⁊ indignus famulus tuus
te matrem dei virginem intemeratā·patronāqz meam
fidelissimā·ex intimis cordis mei deuotis laudare·et
in auxiliū meū inuocare cupiens·fiducialius quo pos
sum implorans deprecor·in sanctissimi nominis tui p
conium ⁊ deficientis anime mee salutem·quatenus re
miniscī digneris omnū donoꝝ·gratiaꝝ ⁊ virtutū·oīm
priuilegioꝝ·carismatum ac gaudioꝝ·quib⁹ miserator
deus·te matrem suam dilectissimā in toto laudabili cur
su scōm septem illustrissime vite tue status·tam excellē
ter dotauit·inestimabiliter letificauit·⁊ copiosissime de
corauit. ¶ In primis itaqz preclarissima dei patris filia·
recordare primi status dignissimi ortus tui·cū velut lu
cifer ꝑfulgidus ⁊ aurora rutilans salutis nostre solem p
cessisti·⁊ humane reconciliationis diem seculo prefig
nasti. ¶ In quo q̄dem statu ab eterno ⁊ añ secula dei geni
trix ꝑdestinata·⁊ in auxiliū ac adiutoriū nostrū salubrit
ꝑuisa. ¶ Instante iā ⁊ imminente redemptoris nostre tpe
fuisti ab archangelo gabriele venerabiliter annūciata·
⁊ a beatissima trinitate nobilius quā vniuersalis mūdi
machina mirifice creata·necnō creando a sterili matre
tua sancta anna in nostre redemptionis initiū felicit cō
cepta·⁊ in corpis aīatione ab oīni labe peccati tā actua
lis q̄z originalis (vt pie creditur) nobilissime ꝑseruata·
ac singulariter ⁊ suphabundanter sanctificata. ¶ Insup ad
ueniēte natiuitatis tue tpe velut stella matutina nube te
cta in mōm progrediens·ac eadem generosa natiuitate

tua ipsum illuminans: fuisti a deo ĩ domũ maxime gra-
tuitum gratiose nobis data. Natura nãqz nostra in prĩ
cipio ad similitudinem dei fuit creata· quatenus indesi-
nenter ipso deo frueret̃· ⁊ eius gloria sine om̃i corruptio
ne ⁊ mutabilitate aliquãdo potiretur. Hoc tam grande
bonũ statim in primis parentibus per precepti transgres
sionem perdidit· ⁊ in huius mundi miserias infelix ac p̃-
ceps ruit. Transierunt multa secula· ⁊ dampnationis ip
sius immanitas in filijs hominum semper est indeterius
roborata· nec summi sapientia vllam in massa creatiõis
humane viam inuenit· per quam (vt disposuerat) tã lu
ctuose perditionẽ subueniret· donec ad te q̃z laudare cu
pit anima mea ventum sit. Que mox vt in mundum per
humane generationis lineam venisti· tanta omnis boni
virtute ac constantia resplenduisti· vt per te summa sapi
entia non solum primorum hominum peccata deleret· ꝑ
⁊ dyabolum sui operis inimicum elideret· ⁊ dampna ce
lestis patrie hominem illuc reducendo reintegraret. Cõ
pleto ergo ablactationis tue triennio: fuisti a parentibus
tuis iuxta votum de te factum legaliter in templum pre
sentata· ⁊ inibi vsqz ad annum quartumdecimũ lauda-
biliter perseuerãs· ⁊ anima ⁊ corpore mirifice proficiẽs·
cunctis virtutibus ⁊ gratijs decorata· In vigilijs inuẽ-
ta prior. In sapientia legis dei eruditior. In humilitate
humilior. Carminibus dauiticis elegantior. In carita-
te gloriosior. In puritate mundior· ⁊ in omni virtute ꝑ-
fectior. Tandemqz ob virginitatis tue custodiam ac in-
carnatiõis misteriũ dyabolo celandũ· ⁊ te ab infamia iu
deoꝝ p̃seruandũ· ipsi beato ioseph castissime es despõsa
ta. Bñdicta itaqz sit tue ꝯceptionis annũcciatio ac iocũ
de natiuitatis tue ꝓditõ· ꝑ q̃s ortũ hũit nr̃e captiuitatis

liberatō Benedictus deus pater qui te nobis destinauit Benedictus sit dei filius · qui te in matrem adoptauit. Benedictus sit spiritus sanctus q̄ te sanctificauit· Benedicta sit vtraq3 parens qui te mūdo generauit¶ Ejus ergo tu omnium creaturaꝝ dignissima taliter a deo in matrem suam preuisa sicq3 nobis in refugiū ⁊ auxiliū tā vtiliter condonata vt omnibus te pie inuocantibus ⁊ ad te confugientibus subuenias· ⁊ diuine pietatis beneficia largiter obtineas. ¶Nam O maria benedicta eterni regis filia ex quo vere facta es ortus omnium delitiarum· fons indeficiens sicientiū animarū· stella maris fluctuantiū· ductrix summa peccatorum subleuatrix· ⁊ ad te clamantium singularissima adiutrix proculdubio etiam data es nobis miseris peccatoribus q̄si solaris radi9· velut etiā cānale seu aqueductus vt a te mēres nostre illuminationem capiant ⁊ per te a deo ad nos dona celestia iugiter descendant· ac largiflue intercessiōes tue nec non merita tua supefluentissima indignationem suam cōtinue a nobis auertant. ¶Et quia eadem dilectissimi filij tui magna dona innumerabilia beneficia ac continua auxilia sepissime cognoui ⁊ notabiliter sensi· per te mihi tam freq3ter exhibita ex quo pro me apud eundē hucusq3 tam benigne intercessisti· nec me in peccatis meis heu grauissimis vnq3 dereliquisti. ¶Ideoq3 te dominam nobilissimā ⁊ adiutricem meam confidissimam toto corde ⁊ ore laudo confiteor ⁊ benedico tibi q3 qualescunq3 gratiarum actiones pro singulis beneficijs per te mihi vnq3 a dilecto filio tuo gratiose impetratis· nec nō more pijssime matris a te mihi pie collatis quoad vsq3 ualeam referre nō cesso dinoscens me inter alia infinita bñficia a tua pietate mihi exhibita propter miserā vitā meā ⁊ peccata mea plurīa merito dudū periisse· ac miseta corpo ⁊ aie mee pericula

incurrisse·nisi precibus tuis assiduis protectionib9q3 ma
ternis·fuissem tam solicite preseruatus. ¶Quoties nam
q3 virgo preclarissima in seruitio filij tui ac laude tua in
deuotus ⁊ negligens fui? quotiēs proinde peccatis me//
is detestandis indignationem vestram prouocaui? ⁊ tñ
semper auxilium ⁊ subleuamē materne protectionis tue
nichilominus sensi·pro quo tibi semper gratias agere·te
toto corde ⁊ animo diligere·tuiq3 nomnis gloriam de//
cantare cupio omnibus diebus vite mee. ¶Cum autē sa//
cro attestante eloquio non sit speciosa laus in ore pecca//
toris·ac etiā scriptum sit q9 deus peccatores non exaudit
¶Quinymo odio sit deo impius ⁊ impietas eius. ¶Ideo//
q3 ℣ virgo dilectissima instantissime tibi supplico·ne de
spicias neq3 abhomineris deprecationem meam·sed ad
te confugientem·consweta suscipe misericordia·⁊ quan//
to me fragiliorē ⁊ magis indignū cunctis precioso sang
uine filij tui redemptis fore conspicis·tanto mihi misero
peccatori scōm necessitatē meā maiori misericordia suc//
curere digneris ¶Hic vt auxilium tuum solitum mihi im
pēdendo·ingratitudiniq3 mee ac duricie subueniendo·il
luminationem cordis mei vitam meā periculosam cog//
noscendi·nec non gratiam ⁊ fortitudinem peccata mea
maxima celerius deserendi a dilecto filio tuo pie ac cle//
mens obtineas. ¶Ne diutius in peccatis meis persorde//
scendo·ac latius in ipsis meipsum indurando·tot ⁊ tanta
a te ⁊ filio tuo mihi collata benefitia tam miserabiliter in
me sint perdita·sed potius viam fructuose penitentie ag
grediendo·⁊ vitam meam miseram recuperando non so
lum paleas ⁊ feces senectutis·verum etiam grana ⁊ bo
tros mee iuuētutis tibi ⁊ filio tuo humiliter offerre·ac de
inceps digne ⁊ laudabiliter in eiusdem filij tui ac tua di
lectissima laude·gratiarumq3 actione indeficēter valeā

permanere·dignus enim vere ē morte·q̄ vob̄ recusat vi
uere. Quid retribuā tibi O virgo benignissima ꝓ omni
b⁹ que retribuisti mihi·maxīe ꝙ hucusq̄ ab ira ⁊ ꝑcussi-
one filij tui me tā maternaliter custodisti·ac ī tot ⁊ tātis
peccatis meis ꝓpt' que plures perierūt tā misericorditer
preseruasti? Nōne ideo factū ē vt iustior fiat dampnatio
mea seu vt recipiā bona ī vita mea? Absit hoc ī infinitū
Iuua ergo O reparatrix peccatorum peritissima·vt si ī
peccatis meis detestandis ita inueteratus·⁊ a peruersa
vita mea intantū excecatus sum·sic ꝙ gr̄a preueniēs seu
gratis data filij tui qua multi resurgūt·ac instigatio tua
benignissima qua sepissime tactus sum excitare me non
sufficiunt·ne tamen totaliter cōtingat me tam miserabi-
liter deperire· saltem ocasiones ac incitamenta ad resur
gendum me inducentia·⁊ quodāmodo necessitātia mihi
misero atq̄ tā peruerso impetrare digneris·ꝓut tu vir-
go prudentissima in verbo qd̄ contemplarū ⁊ in speculo
qd̄ vides·tibi ⁊ vnigenito tuo a me placere ⁊ mihi pro-
ficere cognoscis. Q, si ꝓ nūc per memetipsum ⁊ vt pec
cator·de condigno ac meritis proprijs ad hec et alia ad
salutem necessaria a filio tuo impetrandum insufficiens
sim ⁊ indignissimus·deniq̄ indigentiam meam atq̄ lu-
bricitatem adiuuare·meq̄ in pristinam filij tui gratiā re
stituere digneris·quatenus saltē per te reconciliatus·et
in statum sancte penitentie reductus·eandem gratiam a
peccatis resurgendi·ac viam penitentie aggrediendi·in
gratiarūq̄ actione iugiter permanendi·ab ipso filio tuo
vnigenito digne promereri·cooperāteq̄ largiflua inter
cessione tua misericorditer valeā impetrare· Per eundē
dn̄m nostrū ih̄m xp̄m filium tuū·qui te sibi in matrem ac
nobis in presidiū ab eterno predestinauit· AMEN.

Secunda pars commemorans gesta virginis in secō
sue vite statu· videlicet ab annūciatōne dominica vsq;
ad ꝓpletionem purificationis eius a partu pacta· est ora
tio incipientium iam peccata sua veraciter penitentium



Pissima· felix ⁊ dulcissima· virgo maria dei mater intacta· inter deū ⁊ hominem mediatrix benedicta· omniū peccatorū reconciliatrix efficacissima· porta celi· ianua paradisi· portus naufragantis seculi p̄claraq; maris stella. ¶ salutis humane exordiū· via gr̄e previa vite· mater totius misericordie· vas celestis gr̄e· radix sancta ex qua mundo fructus redemptionis ⁊ lux divine cognitionis ē orta· dei templū ⁊ archa in qua immensa divinitas que nullo clauditur loco ad tempus sui it abscondita. Summa nempe bonitas recordata vberū misericordie sue· respiciens de sublimi habitatione sua· ī hanc vallem plorationis ⁊ miserie· vidensq; captivitatē ⁊ afflictionē populi sui· tactus est intrinsecus ardore caritatis· ⁊ apposuit cogitare cogitationes pacis· vt sic suam altitudinē p te benedictā matrē suā· in nostre mortalitatis ergasculū inclinaret· ⁊ nostrā degustando miseriā ac anteq; absorbēdo culpā nobis filius sceleratus celestis vite viā monstraret. Ideoq; int c̄mes v̄gines tantā obtinuisti celsitudinē ⁊ meruisti dignitatem· vt te dei filius ī mr̄em p̄ oībus sibi eligeret· ⁊ templū sue inhabitationis consecraret. ¶ Qui etiā aduentū suū· p̄nunciare· promittere ac figurare non destitit· vt per multa milia temporū ⁊ annorum magnis ac miris multiplicatis oraculis· ⁊ in

telligentias nostras ad fidem erigeret·affectusq; nr̄os per viua desideria inflammaret. ¶ En ego miser peccator ⁊ indignus famulus tuus·te matrem dei virginem prestantissimam·ex hinc iterum ⁊ iterꝫ inuoco ⁊ attentius quo possum petere non cesso·in sanctissimi nominis tui preconium ⁊ deficientis anime mee salutem·quatenus reminisci digneris omniū gratiarum ⁊ beneficiorꝫ·priuilegiorum ac gaudiorum·quibus te filius tuus vnigenitus sua inenarribili incarnatiōe ⁊ iocundissima natiuitate·tam mirabiliter sanctificauit·preclare dotauit·⁊ ineffabiliter letificauit. Offert se enim tibi eternus pater in socium indiuiduum ad tecum conuersandum·Offert se filius in intima tui ad incarnandum. Offert se spiritussanctus ad te fecundandum·necnon ab omni defectu nature ⁊ culpe purgandum atq; sanctificandum O igitur virgo intemerata beatissimum dei templum·spiritussancti sacrarium·gaude ⁊ letare in tot ⁊ tantis donis domini. Et iam primum recordare illius exultationis ⁊ gaudij quod habuisti·cum filium dei quem celi cape nō poterant·per salutationem angelicam tibi soli ad perimendum omne ve maledictionis corrupte nature a beatissima trinitate seruatam·⁊ responsionem tuā virgineam qua consensum desponsatōnis humane nature cum deo dedisti·spiritu sancto coopante tuo in castissimo vtero contulisti. Conueniens enim erat vt de matre purissima nasceretur·qui totum venit purificare mundū. Perinde dum cognatam tuam elizabeth de precursore domini iam sex mensibus grauidam ip̄m sanctificando pie ac obsequiose visitasti·⁊ ab eo sp̄ūsancto edocta ea voce qua ab angelo benedicta vocata fuisti·quatenus angelis ⁊ hominibus monstrareris veneranda. Et de dono dei admirans canticum domino ex maxima sp̄ūs tui ex

ultatione decantasti. Vas namqz plenũ virtute ⁊ gra-
tia·quid nisi laudis ⁊ glorie poterit eructare preconia·
quãuis enim deũ magnificet om̃is creatura·sed anima
tua sup omnia·quia ab vbertate domus eius pre omni
bus impleta·ergo in te om̃is generatio benedicta. Cũ
deniqz instante partus tui tpe iuxta ꝓphetarũ oracula·ĩ
diuersorio bethlehem·in nuditate·frigore ⁊ pauptate·fi
lium tuum quem iam nouem mẽsibus pie et feliciter in
vtero gestasti·absqz omni lesione tui corporis·sine quo
qz violatione tue virginitatis nimirum peperisti·⁊ eũ
a te pannis inuolutum·atqz ĩ presepio ante iumenta re
clinatum·vna cum angelis gloria in altissimis deo ⁊ in
terra pax hominibus bone voluntatis cõcinentibus·at
qz cum pastoribus superuenientibus ⁊ deum magnifi-
cantibus supliciter adorasti·⁊ materna ei officia dulci-
ter exhibuisti Sicqz deus immense glorie.dominus vni
uersorum ⁊ princeps regum terre·non horruit abiectis-
sime paupertatis ⁊ miserie degustare ĩcommoda·ne ho
mo vltra apponeret magnificare se super terram·ab hu
militate summens initium·que est radix ⁊ custos omni
um virtutum. Post hec namqz dum ipsum iuxta legem
octaua die cum dolenti corde ob primam sui sanguinis
effusionem·placata tamen mente propter humane car-
nis sanctificationem circumcidere permisisti·⁊ eum ihe-
sum idest saluatorem nomĩare iussisti. Ac tredecima die
a tribus magis vnacũ filio tuo vnigenito placidissimis
muneribꝰ misticis·magnifice honorata fuisti·q̃ primor
dialis ecclesie initium que colligẽda erat ex gentibus re
p̃sentabant·qđ ⁊ diligenter cõsiderans·ac feruentissimã
eorũ fidẽ notans·eis reuerendissime de cõditione pueri
locuta fuisti·qꝛ sic hũilitate ꝓfundissima·ita sapiẽtia fui-
sti altissima·⁊ dona illa statim paupibus erogare cepisti

Hinc cũ te legi purificandã ad q̃ minime tenebaris hu
militer subiciens·eũ ip̃m tuũ filiũ die quadragesima ĩ tẽ
plo patri suo deuotissime obtulisti·ac seni simeoni eũ por
rexisti·q̃ inter brachia eũ desideranter suscipiens ip̃m be
nedixit·atq; inter ceteras iubilationis laudes·nunc in
pace dimitti cupiens·vna cũ anna ꝓphetissa ⁊ alijs lau
dabiliter decantauit. Confitemi dño q̃m bonus·q̃m in
seculũ misericordia eius. Suscepimus deus misericordi
am tuã:ĩ medio templi tui. Et sic a iustis (licet paucis)
hoibus miranda de eo futura predicere audiẽs:ac eun-
dem munere pauperũ redimens·om̃ia in cordis tui ar-
mariolo in futurũ dulciter de hijs cõferendo fideliter re
condidisti O quãta nouitas ⁊ q̃ admirabilis iocũditas
Presentat̃ templũ templo·deus deo·⁊ q̃ nunq̃ absuit·
quẽ etiã nulla creatura ꝯclusit·sistit primogenitus om̃is
creature. Nimirũ·quia ea necessitate est oblatus qua ⁊
natus·⁊ sic in nostre redemptionis pretiũ recipiebat̃·cũ
a patre suo celesti ꝓpl'o suo in redemptionem mittebat̃·
Sic namq; dilexit mundũ vt vnigenitum suũ daret·vt
om̃is q̃ credit in eũ nõ pereat·sed vitam eternã habeat·
Et quia idem filius tuus vnigenitus gratioso aduẽtu
suo·mirabiliq; sua incarnatione ac iocundissima natiui
tate·ꝑ te venit humanũ genus dignificare·sancta cõuer
satione ⁊ doctrina illuminare·tãdemq; sua sacratissima
passione ⁊ morte redimere ⁊ peccata nr̃a delere·nisi enĩ
ihesus filius tuus pijssimus samaritan⁹ venisset·saucius
homo spoliat⁹ donis ⁊ gratijs a deo sibi datis·⁊ vulne
ratus vulnere perpetue mortalitatis·sanatus nõ fuisset
Ideoq; te virginẽ serenissimã matrẽq; eius pre electã·
precib⁹ humilimis·lacrimosisq; suspirijs obsecro·ne me
trementem·miserum ⁊ inanem famulum tuum propter
tot ⁊ tãta peccata mea despicere·ac exinde hoc ĩ tempe

Impunem ⁊ irreconciliatum relinquere velis. Ulex potius misericordie tue sinum de quo accipiũt vniuersi ad exauditionem precum mearum apperire·auribusq; clamorem meum percipere digneris·impetrãdo mihi a dilecto filio tuo dolorem contritionis ⁊ veniam super delictis·peccatisq; meis q̃ plurimis·quibus cogitatõne·delectatione·consensu·obmissione·commissione·visu·auditu·verbo ⁊ opere·etiam malo exemplo alios scandalizãdo·aut ocasionem peccãdi alijs prestando·tam diu·grauiter ⁊ innumerabiliter·te eundemq; filium tuum offendi. Inclina itaq; O virgo benignissima aures tue pietatis suplicatiõibus meis indignissimis·⁊ esto propicia mihi miserrimo peccatori ⁊ in omnibus auxiliatrix·rogãs pro me aput deum fontẽ pietatis ⁊ misericordie·creatorem ⁊ redemptorem nostrum ihesum christum filium tuum·qui non venit vocare iustos sed peccatores·qui etiã non vult mortem peccatoris:sed magis vt conuertatur ⁊ viuat·cui proprium est misereri semper ⁊ parcere·cum non solum sepcies·sed septuagies sepcies ⁊ vltra indulgeat peccatori in die·vt ipse idem per ineffabilem misericordiam suam·atq; precibus ⁊ meritis tuis gloriosis·absoluat me ab omnibus peccatis ⁊ delictis meis·ꝑ que tibi displicui ⁊ ei contrarius fui·tribuatq; mihi indulgẽtiam ⁊ remissionem omnium peccatorum meorum·⁊ faciat me talem penitentiam in hac vita pro cunctis sceleribus ⁊ peccatis meis agere·que ei precibus ⁊ meritis tuis beneplacens sit ⁊ grata·ita vt parcat mihi in alia vita. Noli queso me miserum·tantorum peccatorum mole oppressum a facie maternalis fidelitatis tue proijcere·qꝛ nil in te austerũ·nil terribile·sed tota suauis ⁊ mitis·plena pietate ac mansuetudine·sed ⁊ omnia om̃ibus facta·sapiẽtibus ⁊ insipiẽtibus·iustis ⁊ peccatorib⁹ copiosissi-

ma caritate debitricem te feciſti·gaudens cum gauden
tibus·flens cum flentibus·pauper pauperibus·humilis
humilibus:miſericors miſeris:vt de tuo accipiant vni-
uerſi. Æger curationem:triſtis conſolationem:peccator
veniam:iuſtus gratiam:angeli leticiam:denigz tota tri
nitas gloriam:filij perſona humane carnis ſubſtantiam
vt non ſit qui ſe abſcōdat a caloꝛe tuo. Quid ergo cum
tanta ſis O virgo pulcheꝛrima mihi miſero in te diſpli-
cet: aut quid in dulciſſima dilectione tua me tedet: q̄ fa
ciem meam a te auertādo·creaturis miſeris fetidis ꝛ ca
ducis inhereo: Si enī ſuffeciſti deo vnigenito filio tuo p̄
filijs hominum forma ſpecioſiſſimo·qui concupiuit ſpe-
ciem tuam· Cur mihi non ſufficis: que puriſſima pulch
ritudine ꝛ profundiſſima humilitate traxiſti filium tuum
de celis· Facitaqz me virgo mater ꝛ domina de cetero
onus penitentie voluntarie ſubire·ꝛ me metipſum volū
tarie abnegando crucem criſti filij tui libens imitari·ne
vnq̄z obdoꝛmiam in morte p̄riusq̄z per veram contritio
nem·puram confeſſionem ꝛ peccatoꝛum meoꝛum con-
dignam ſatiſfactionem·eidē filio tuo domino noſtro ihe
ſu criſto ſaluatoꝛi meo valeam reconciliari. Quis nam-
qz nobis miſeris peccatoꝛibus eandem reconciliatiōis
gratiam impetrabit p̄eſtantius ꝛ ſecurius: q̄z tu O be
nedicta inuentrix gratie·genitrix vite:mater dei ꝛ hoi-
nis·mater rei ꝛ iudicis·ꝛ cum vtriuſqz mater ſis:inter fi
lios diſcoꝛdiam eſſe non pateris· Nec vnq̄z illoꝛum obli
uiſci poteris·ob quoꝛum inſtantiam te matrem dei:regi
nam celi ac dominam mundi foꝛe cognoſcis ymo p̄cul
dubio eoꝛum reconciliationem ꝛ continuam ſalutē aput
filium tuum efficaciter pertractare non deſinis·quos in
te ꝛ per te filius tuus ſumme dilexit Quis digne eſtima
re queat·qua nā laude digna ſis: quā indicibili clamoꝛe

gratie inuentricem: salutis mediatricem: seculorum re
stauratricem nascituram priores desiderauerunt patres
⁊ prophete. Sed quia cum de rectitudine diuine iustitie
⁊ meritis meis exiguis: de tot ⁊ tãtis peccatis meis· cõ
dignos fructus penitentie minime valeã perficere Age
ergo tu summa spes lapsorum tutumq; peccatorum re-
fugium· quorum omnium ego primus ⁊ hew maximus
sum· vt saltem merita tua gloriosa ⁊ ipsi deo gratissima
mihi misero ⁊ indigno peccatori clemens communica-
re· atq; ea in holocaustum placens pro me filio tuo dul
citer offerre digneris. Impetrando deniq; mihi gratio
se tempus spaciumq; vite peccata mea veraciter peni-
tendi: atq; facultatem virium tam anime q̃ corporis ꝓ
posse satisfaciendi· vt separatus ab omni huius mũdi sol
licitudine: cum lacrimis ⁊ dolore propria peccata· ac eti
am aliorum quorum debitor ego sum· tempusq; meum
ac robur corporis mei tam inutiliter a me amissum dig
ne flere: atq; puro corde: cogitatõnibus illicitis que mẽ
tem separant a deo impermixtis· humili deuotiõe ⁊ gra
tiarum actiõe beneficia creatoris agnoscere· ⁊ sic demũ
altius ascendẽdo in eterne beatitudinis tabernaculo lo
cum valeam inuenire· ne cum reprobis ⁊ iniquis añ tri
bunal districti iudicis contingat me maledictionem in-
currere· sed potius cũ maria magdalena ⁊ theophilo ac
alijs per te reformatis· fructuosam penitentiam: atq; vi
te mee q̃ misere restaurationem· ĩ conspectu filij tui mi
sericorditer valeam obtinere· Per eundem dominũ no
strum ihesum cristum filium tuum: qui tam pie in redẽp
tionis nostre precium ex te nasci voluit· natus ante secu
la Amen ·:·

12

¶ Tertia pars cōmemorans gesta virginis ī tertio vite sue statu· videlicet a purificatiōe sua ⁊ oblatione filij sui in templo vsq3 ad tricesimum annum eius seu baptismū peracta· est iterum oratio incipientium· decetero iā contra peccata pugnantium:·

Sanctarum omnium sanctissima: gloriosissima ac potentissima angelorum imperatrix· omnium sanctorum splēdor· lux ⁊ gloria· perpetua virgo: mater dei maria· regina celi· decus mundi. gaudium angelorum: desideriū patriarcharum· preconium prophetarū sublimatio apostolorum: victoria martirum· iubilatio cōfessorum· palma ⁊ continentia virginum· requies ⁊ honor viduarum· pax ⁊ concordia coniugum· exemplū atq3 norma omnium cristianorum. Tu refectorium habūdantium ferculorum· tu lectus floridus suauium saporū tu clarum speculum rutilantium splendorū· tu cella aromatica fragrantium odorum. Tu altissimum solium diuine maiestatis· tu reclinatorium aureum tocius trinitatis· aula vniuersalis pietatis causa generalis reconciliationis vas ⁊ templum vite ⁊ salutis· virginitate amabilis· humilitate venerabilis· fecunditate mirabilis· caritate imitabilis O inclita ⁊ illustrissima semper v̄go dei mater maria· omni laude dignissima· cui nulla laus sufficit· cum tu om̄i laudi sufficias. ¶ En ego miser peccator ⁊ indignus famulus tuus· te mr̄em dei virginē illibatā· ꝑ amplius iterū ⁊ iterū fiducialit̄ inuoco· tibiq3 solito īstantissime suplico· in sanctissimi noīs tui p̄coniū ⁊ deficientis anime mee salutē· q̄ten⁹ remīsci digneris illi⁹ tā

pie cohabitationis·tamqꝫ melliflue conuersatōnis·qua
cū filio tuo a tpe natiuitatis sue vsqꝫ ad annū vere tri//
cesimū·tā benigne tamqꝫ laudabilit ⁊ sincere vixisti Re-
cordare itaqꝫ quot ⁊ quātas in tot annis de filio tuo im-
mensas habueris exultationes·⁊ innumerabiles ꝯcepis
ꝯsolationes. Dū ipse volebat ⁊ dignabat̄ primū in pue-
ricia sua cum tanta humilitate·reuerentia ⁊ obedientia
sub autoritate tua materna nimirum a te summa atqꝫ ī-
effabili iocūditate·cautela ⁊ pio timore maternaliter cō-
trectari·confidenter amplecti·dulciter osculari·mirifice
lactari·diligentissime nutriri ⁊ delectabiliter intueri. Et
quia pre omnibus immensitatem eius agnouisti·quem
tam paruissimum ex te natū vidisti. Proculdubio quē
infantem genuisti: deum omnipotentem tremens adora-
sti ⁊ adorans tremuisti·quem tamen quia secundum hu-
manitatem filium tuum recognouisti·nichilominus lac-
tasti·fouisti ⁊ aluisti. Quisputas nobis posset indicare ī-
ter huiusmodi obsequia animi tui sensum? O beatissi//
ma virgo·cum hinc cerneres ex te natum tantillum in//
fantem·hinc creatum·illinc creatorem·hinc infirmum il-
linc fortissimum·hinc alendum·illinc alentem·hinc non
loquentem·illinc angelos docentem. Quis inq̄ꝫ tui pec-
toris archana nobis reserare valeat·quibus modis co//
gitatum ad vtraqꝫ flectebas·cum vnum atqꝫ eundem
dei ⁊ hominis filium in manibus tenens·hinc adorares
vt dominum·illinc osculareris vt paruulum? Quis nō
obstupescat ad tam ineffabile sacramentum? Dum deni-
qꝫ volebat tanta sollicitudine·cura ⁊ diligentia·puer·
vix duorum mensium ī egiptum per te duci ⁊ inibi mag-
na cum egestate·exul laboribus manuum tuarum·nec
nō venerandi nutricij sui ioseph educari·completo quo-
qꝫ septennio ad terram israhel defuncto herode reduci.

O cum quantis sudoribus ⁊ fatigationibus·anxietate ⁊ laboribus in egiptum per tam asperum desertum a te te nera puella dignabatur duci ⁊ reduci·vt diceret illud ꝓ phete pauper sum ego ⁊ in laboribus a iuuentute mea· vt nobis ostenderet viam pacientie ⁊ laboris·bonū nē pe viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Dū insuper voluit in adolescentia sua tibi ⁊ patri suo adopti uo ioseph instanter atqꝫ libens seruire·necnō humiliter vobis obedire·anno quoqꝫ duodecimo vobiscum ad di em festum in iherusalem ascendere·subito amitti·dolent queri ⁊ post triduum hilariter a vobis in templo inueni ri·etateqꝫ gratia ⁊ sapientia in florida iuuentute sua·co ram deo ⁊ hominibus mirabiliter proficere·ac tibi cibo ⁊ potu·totaqꝫ humana conuersatione benigniter conui uere. Non aput vos erant vestimenta duplicia vel mol lia·cibaria delicata vel preciosa·nō vtēsilia curiosa vel superflua·sed vix necessaria Et sic paupertatis magister voluit tibi filiali dilectione·auxilio ⁊ consolatione·ī pau pertate commemorari·ac tecū mutuis colloquijs de sa lutaribus celestibus ⁊ diuinis misterijs dulciter atqꝫ fru ctuose conuersari. O iubilosa mater quo vel quali gau dio replebatur tota substantia tua·cum eum tecum habe bas quē tantope diligebas·quē etiā creatorē ac domīa torē omniū rerū esse sciebas·tecū egentē·tecū edentem· te quecūqꝫ nosse volebas dulci affatu docentē. Deniqꝫ recordare O virgo maria mater dei pijssima·quot ⁊ q̄n tas tā maternas ⁊ pias habueris ꝯpassiones·ac etiā ad mirādos atqꝫ īsolitos ꝯcepis stupores sup vita dilecti fi lij tui q̄ꝫ duxit ī etate ꝓfectori atqꝫ virili Quāq̄ꝫ enī ipe ꝓ eadē etate ab opib⁹ miracl'osis ⁊ p̄dicatōib⁹ publicis q̄euerit·nihilomī⁹ tñ ī se metip̄o asperā vitā ducēdo ⁊ se a ꝯsorcijs hoīm sequestrādo ꝓ nob mlt'iplicit' laborauit·

Dignabatur namq; ille summus magister noster filius tuus pro nobis ad tpus latere·7 se in conspectu hominũ vilem·inutilem·abiectum 7 insipientem reddere·relinquendo nobis in exemplũ·q̃ non nisi per vitam asperã 7 tranquillã·humilẽ 7 abiectam·contra peccata sit pugnandum. Sed sicut postea virtuose loquebatur·opabat 7 se cõmunicabat·sic modo virtuose tacebat·quiescebat 7 se subtrahebat. vt etiam fidelium mentes ad pfectõis aggressionem erigeret·7 ad grauia pferanda firmaret. Propter que omnia·7 maxime ꝓpter huiusmodi potestatis priuilegium 7 autoritatẽ maternam vtrũq; a deo patre in puericiã filij tui tibi traditã·te matrẽ dei domina namq; meã reuerẽdissimam supliciter exoro·q̃tenus cõsiderata fragilitate 7 incõstantia mea·qua tã facilis sum ad recidiuandum 7 imbecillis ad resistendũ·eaq̃ a autoritate qua freta es in filiũ·in me miserũ peccatorẽ famulum tuũ misericorditer fungi digneris:rebellem voluntatẽ meã a sceleriũ affectionibus ꝓpicius retrahẽdo· Infectam concupiscentiam in maloꝝ occupationibus celeriter cõpescendo·tum deniq; me totũ·velim·nolim·post te filiũq; tuũ dulciter attrahendo·cum nemo nisi tract? sublimia petat·ne natura me fragilis atq; cõcupiscẽtia corrupta·pluetudo quoq; praua 7 inueterata·oẽs sensus corporis 7 potentias anime mee·cogant tam viliter 7 obnixe puersis desideriis prorsus obtemperare·sed potius eum solum ex totis viscenbus meis cogitem·sibi soli ex intimis cordis mei inheream·vt sicut nulla est hora q̃ gratijs eius 7 beneficijs non vtar·sic nullum sit momentum quo eius bonitatem obliuiscar·vt enarrem vniuersa mirabilia eius. Quis mihi dabit pennas sic̃ columbe·7 volabo p̃ desideria mea in excelsum·ad videndũ exaltatõnem futurã·nobis a dño prepatã·ob cuius amorem

momẽtanea huius misere vite gaudia efficacit' despice-
re·infecteq3 carnis mee desideria virilit' debellare queã
Cum autẽ nemo possit esse continens ⁊ immunis a pec-
catis nisi deus det·qui operatur in nobis velle ⁊ posse·
operari ⁊ perficere·filio tuo dulcissimo attestante ⁊ dicẽ-
te. Sine me nichil potestis facere·ac quodam eius apo-
stolo iubilose tonante. Omne datum optimum ⁊ omne
donum perfectum desursum est·descendens a patre lu-
minum Quinymo scd'm doctorem gentium Sufficien
tia nostra ex deo sit·ego indignus vermis reptans sup
terrã ⁊ putredo execrabilis·per me metipsum ⁊ proprijs
viribus huiusmodi certamen peccatorum nequaq̃3 ag-
gredi ac attemptare possum· Nam bonum pretendens
statim deficio·temptatus facilime cado ⁊ temptationi-
bus protinus succumbo. Eya ergo virgo clemẽs ⁊ gra-
tiosa pro me clamante ad te matrem misericordie apud
eundem dilectum filium tuum quem decet ⁊ delectat te
exaudire iugiter intercede·vt ipse idem qui dedit mihi
(licet plurimum ingrato) hucusq3 pre multis alijs dig-
nioribus ⁊ melioribus me plurima dona ac immensa be-
neficia·facultatemq3 ⁊ incrementum anime ⁊ corporis
prosperãdi·potestatem ac libertatem creaturas suas ob-
sequijs meis famulandi·⁊ vsq3 in presens quodammo-
do ad libitum viuendi·qui etiam dedit mihi p̃ multis ĩ
eum verius credendi ac ipsum sincerius cognoscẽdi·tẽ-
pus ⁊ locum (si voluero) penitendi·necnon varias oc-
casiones in tempore reliquo proficiendi·det etiam mihi
virtutem·vigorem ⁊ fortitudinem peccatis deinceps re-
sistendi·concupiscentiam male me mouentem refrenan-
di·omniaq3 delinquendi incitamenta ⁊ cadendi obie-
cta solerter fugiẽdi·ac in bono proposito semp̃ ⁊ cõstan-
ter p̃seuerãdi Aut ꝙ ad min⁹ fortunã hãc plurimũ p̃icu-

losam carni placita acquirendi· ⁊ ad libitum in tempo-
ralibus viuendi amoueat· ac me a cunctis occasionib⁹
que vere aduersantur penitentie ⁊ retrahunt a purita-
te bone consciētie custodiat. Quamuis enim O regina
serenissima fornicatus sim cum amatoribus multis hu-
ius mundi· ⁊ tabefacta sit in me anima mea· ac corpus
meum indesiderijs suis sepissime p̄ualuerit· ⁊ fauillā car-
nalis concupiscentie dilectioni diuine preposuerit· nunc
autem in terram prouolutus me coram pedibus tuis hu-
militer prosterno· tecum petens a dilecto tuo· vt respici-
at de excelso celorum habitaculo suo· ⁊ concuciat spiri-
tum meum· excitet cor meum· commoueat mentem me-
am· vt saltem aliqualiter degustem q̄ꝫ suauis sit domin⁹
inardescatqꝫ in amoris eius dulcedine affectus meus ⁊
sic cognoscam quia vniuersa vanitas omnis homo vi-
uens· ⁊ ꝙ mundus transit ⁊ concupiscentia eius· ne aut
momentaneis huius mundi gaudijs infatuatus: aut ini-
micorū temptationibus seductus· seu etiā a carnis mee
concupiscentijs excecatus· contingat me tam seue· tāqꝫ
impie ⁊ miserabiliter deperire· ne etiam opus manuum
suarū sic cōuincatur despicere· ⁊ ex inde ad portas mor-
tis me sinat appropinquare· sed iā potius sua gratia cō-
fortatus· tuoqꝫ salutifero auxilio coadiutus· omnes tēp-
tationes dyaboli· carnis ⁊ mundi· decetero secure· pro-
uide ac potenter valeam suppeditare. Per eundem do-
minum nostrum ihesum christum filium tuum· qui casti-
tatis tue olim sugebat vbera· Amen·:·

¶ Quarta pars commemorans gesta virginis in quarto vite sue statu·videlicet a baptismo saluatoris vsq3 ad tempus passionis eius 7 mortis peracta·est oratio proficientium·iam bene 7 vtiliter agentium:·

Virgo generosa·omniū virtutū vtilissima·moribus 7 vita illustris·mente 7 corpe nobilissima:exemplum humilitatis·forma 7 incendium caritatis·flos castitatis·gēma pudicicie·odor pietatis·norma iustitie·lex testamēti 7 gratie disciplina pacis·decor ornamenti·lux 7 splendor glorie·speculum pacientie·robur perseuerantie·omnis sapientie 7 scientie plenitudo·oīm gratiarū 7 donorum virtuosissima pfectio. Tu fons ille de quo scribitur qui ascendit de terra irrigans vniū sam superficiem terre·fons iacob habitantibus in iherusalē in ablutionē peccatorū·p te enī accessum habem⁹ ad filiū·inuentrix grē·genitrix 7 mr̄ salutis. Scit ois pl'us q̄ habitat infra portas vrbis iherusalē mulierē te esse vtutis. O filia sion tota formosa 7 suauis·quā decora amica speciosissima in delicijs tuis. Tu nutrimentū honestatis 7 honoris·fundamentū humilitatis 7 pudoris·cōplementumq3 caritatis 7 celestis saporis. O precelsa atq3 gracioſa domina·totius vite spiritualis magistra·regimen incipientium:ductrix proficientium:securitas perfectorū ac perfectio singulorum. Ten ego miser peccator 7 indignus famul⁹ tuus:te matrē dei virginē intemerata:aduocatricēq3 meā fidelissimā:iterū 7 iterū confidenter admoneo:ac oīm quo possum instātia supliciter deposco

In sanctissimi nominis tui preconium ⁊ deficientis aie mee salutem·quatenus reminisci velis illarum omnium considerationum·meditationum ac profundissimarū cō templationum·quibus tunc in excellentissima filij tui vi ta tuus pulsabatur animus·qua tam strennue·tamq; ri gorose·⁊ q̄z maxime citra tricesimum etatis sue annum· ad vsq; vite sue terminum·preciosissimo operi redemp/ tionis nostre insistendo·ac corpus suum innocentissimū pro nobis castigando·semetipsum officiosissime ocupa/ uit·vbi cor tuum virgineum ac maternum·nūc ad gau dium ⁊ consolationem·nunc vero ad tristitiam ⁊ com/ passionem per motū fuit. Recordare itaq; virgo mater ⁊ domina·quanta cum humilitate ⁊ obedientia·quanta sollicitudine ⁊ diligentia·filius tuus tam stupenda·tam q; arduissima opera propter nos egit·quantum ⁊ q̄z pa cienter pro nostra salute ⁊ eruditōne laborauit·cum ip̄e post vicesimum nonum annum·te matrem suam dilectā valefaciens·⁊ opus humane redemptiōis incipiens·so lus ad iohannem precursorem suum versus iherusalem ad iordanem de nazareth pergit·⁊ ab eo ī iordanis flu uio per quē filij israhel de egipto in terram promissionis profecti sunt humiliter baptizari petit·⁊ in hoc aquas q̄ bus renati sumus sanctificans·ac ecclesiam ī fide sibi de sponsans·nobis non nisi baptismi sacramento in terram promissionis eterne beatitudinis perueniendum fore in sinuauit. Hinc cum post baptismi susceptionē atq; eter/ ni patris cuius paterna vox audita ē testimonium·post spiritus sancti in specie columbe descensum·post apertio nem celorum ⁊ manifestationem eius in mundum·in so litudinis desertum ad tempus cum bestijs commoran/ dum processit·atq; inibi diram ꝓ nobis penitentiā agēs orans·ieiunans ⁊ esuriēs·temptatusq; dyabolū superans

rursus ac iterum quomodo ipsi dyabolo ⁊ pompis eius ac peccatorum suggestionibus resistendum sit nobis ī exemplum reliquit. ¶Post hec discipulos suos benigniter conuocans·⁊ latius se mundo manifestare pretendens· primum quod mūdo claruit miraculū videlicet aquas in vinum commutando·ad petitionem tuam maternā ī nupcijs fecit:ad designandum oīes aquas idest huius mūdi tribulationes ⁊ angustias·precibus ⁊ meritis tue pietatis·in nupcijs eterne desponsationis qua inebriabimur ab vbertate domus eius in vinum super effluentis me iocunditatis posse ⁊ debere permutari. ¶Cum deniq; multis laboribus ⁊ itinerum fatigatōnibus·estu ⁊ frigore·siti ⁊ esurie·miseria ⁊ paupertate nos perditos diligentissime querens:pro nobisq; orationibus·vigilijs ⁊ ieunijs·necnon predicationibus continuis ac frequentius miraculis instantissime insistens·fidem suam factis verbis ⁊ exemplis nimirum dilatauit. ¶Nunc ex miraculorum beneficijs ⁊ predicatione sua salutifera a populo plurimum laudatus·nunc ab aduersariorū perfidia falsse reprehensus·⁊ vsq; ad vite siue terminum extreme persecutus. ¶Demum cū etiam iuxta suam predispositōnem die palmarum super azinum iherosolimam venire·⁊ antea q̄; pateretur rex israhel appellari:ac precipue ex ante cedenti resuscitatione lazari a turbis magnifice honorari voluit·attamen flos glorie sue cito emarcuit·cum instanter iniquis iudeorum conspirationibus ad mortem obseruatus·necnon statim a discipulo proprio ipis venditus fuit. ¶Que omnia ego indignus ⁊ peccator diligenter animaduertens·video eius continuum laborē ⁊ penosam afflictionē a die natiuitatis sue vsq; ad mortem:ac etiam eius nimiam compassionem ⁊ tristitiam· quia patrē quem summe diligebat cognoscebat propter

ydola relinqui · et a peccatoribus inhonorari · ⁊ animas ad sui imaginē creatas miserabiliter videbat damnari. Vide itaqꝫ O vgo p̄stantissima quō dilectissimꝰ filiꝰ tuus hos grauissimos ꝓ nobis labores sustinēdo · et viam veritatis p̄dicando: normā posteris viuendi reliquit · ac iter telum satius intrandi demōstrauit. Et ego vermis ⁊ non homo · seruꝰ inutilis ⁊ putredo · sic ociose ne dicam maliciose viuere non erubesco qualē ergo excusatiōem habebo? cum tam turpe sit ꝙ sedeat seruus · dum coram eo surgit dn̄s. ¶ Propter hec ergo oīa · ⁊ q̄plura alij filij tui caritatis insignia ac p̄ciosa redemptōis nostre opera. Age tu mater pulchre dilectiōis ⁊ pij timoris · mater omnis gratie ⁊ virtutis: vt per dignam et salubrem vite mee emendatiōem · virtuosam atqꝫ laudabilē ipsius cōuersatiōem · diligentē atqꝫ piam mandatorum dei obseruationem: omnes defectus ⁊ negligentias vite mee · omnia mala mihi cognita pariter ⁊ ignota: necnō omnium illoꝝ quos malo exemplo corrupi · quibus et occasio peccandi fui: per te pie atqꝫ fructuose valeaꝫ recupare. Sic vt vbi in me prius suꝑhabundauit delictū atqꝫ facinus · per te iam suꝑhabundet gr̄a atqꝫ virtus. Proinde sicut antea seruiui mūdo ⁊ carni ad iniquitatē · sic deinceps tibi ⁊ filio tuo fidelius seruire possim ad laudem et honorem. Heu me miserum · q̄inutiliter ꝑdidi tempus meū. Seruiui nāqꝫ dijs alienis · qui non dederūt mihi requiē die ac nocte. Lassatus sum in via iniquitatis · ⁊ ambulaui vias difficiles · ⁊ comederūt alieni robur meum. Sed nunc O vgo mater maria spes mea gratissima · fac vt a peccato liberatus et seruus deo factus · ei decetero valeam seruire cū timore ⁊ exultatōe · cui seruire regnare est: vt talentū mihi traditū cum lucro et vsura ei reportare · illudqꝫ suauissimuꝫ verbum cum gaudio audire valeā.

Euge serue bone ⁊ fidelis quia in pauca fuisti fidelis·su
pra multa te constituã·intra in gaudiũ dñi tui. Cum au
tẽ ꝑ dña ꝓferendissima·peccata bonis operib⁹ redimã
tur·ac per penitentiam omnia bona ꝓdita restaurent:et
tamen nemo mittiens manũ ad aratrum ⁊ retrospiciens
aptus sit regno celoꝝ:ego miser peccator et indign⁹·ad
omne opus bonum tam piger·tamqꝫ tepid⁹. Quid faci
am? Nũquid me sine te in bono ꝑmanere·aut de virtu
te in virtutẽ ꝓficere cõueniẽs erit atqꝫ possibile? Ne
quaqꝫ. Eya ergo ꝑ maria puella v̊ginea·plena gr̃a·v̊
go ꝓfulgens·tota mũda ⁊ illibata·omni decore ⁊ gloria
ornata·in oculis summi regis grata ⁊ placida·vniuer
sisqꝫ gratijs et virtutibus ꝓfusa:cui⁹ est euacuare tarta
rum· illumĩare mundũ·irradiare celum· replere paradi
sum·dyabolũ cõterere·et ex ipsius ore peccatores rapc
re·ac eos ꝑ penitentiã patri omniũ vt mater pijssima in
horrea beatitudinis aggregare. Certe obsecro ad me pi
um ac dulcem oculum tuũ·gratiosum ⁊ fulgidũ·⁊ vilita
me infirmũ·cura me egrotũ·sana me languidũ· ꝓsolare
me tristem ⁊ gemebundũ. Da mihi cor deuotũ ac intel
lectum illustratum·vt sciam quid acceptum sit coram te
⁊ dilecto filio tuo omni tempore. Et pro me orando fa
stidium subtrahe ⁊ gratiã adauge·virtutes insere ac me
per semitas duc iusticie: vt cum ꝓfunda humilitate sine
qua impossibile est deo placere· pura castitate·vera cari
tate·filiali timore·perseueranti fortitudine· perfecta iu
sticia ⁊ veritate: vigilijs ⁊ oratõibus·ieiunijs et elemosi
nis·solitudine·studio ⁊ sacris lectiõibus· necnõ aliorum
edificatõibus vacans· singulisqꝫ exercitijs bonis vt ar
bor fructifera florens · in conspectu filij tui non inueni
ar ociosus Respice itaqꝫ ꝑ summa impatrix ꝺ altissimo
maiestatis tue throno·et tenebras cordis mei splendore

gratie tue illustra · ac sensum peruigilem in me operare · sic vt amor tuus me inflammet · virginitas tua me casti ficet · fecunditas tua virtutib⁹ me exornet · clementia tua eternis gaudijs faciat me dignum · ⁊ q̄z diu vixero in tuis laudibus deuotum · quia nec vlli dubium · quin etiam totum ad laudem ⁊ gloriam vnigeniti filij tui pertineat quicquid digne ac laudabiliter tibi impensum fuerit · sed quia duris torneamentis corpus frequenter atteritur · ⁊ varijs temptamentis animus frangitur · dulcor intern⁹ mihi sepissime subtrahitur. Ideoq; O sacratissima regina · da solatium · confer remediū · vide gemitus ad te clamantium · ⁊ ne deficiamus in via presta auxiliū: ne a laude ⁊ seruitute tua ac filij tui rursus cessando · seu cum ficulnea sterili inutiliter viuendo maledictionem incurrā sed iam potius in vinea laboris ⁊ certaminis constitui⁹ in augmento meritorum in premium salutis eterne efficaciter proficere · ⁊ de virtute in virtutem salubriter trāsire · in ipsis quoq; decetero constanter · necnō feruenter valeam permanere. Per eundem dominum nostrū ihesum cristum filium tuum · qui est via · veritas ⁊ vita · omniumq; bonorum laborum fructus gloriosus. Amen ·:·

21

C5

¶ Quinta pars commemorans gesta virginis ī quinto vite sue statu · videlicet ab hora cene nouissime filij sui vsq3 ad descensum eius in limbum peracta · est iterum oratio proficientium · in aduersitatibus pie atq3 voluntarie degentium: ·

¶ Clementissima · misericordissima ⁊ benignissima virgo v̄ginum dei mater maria · medicina ⁊ restauratio infirmorum · conseruatrix ⁊ gubernatrix miserorum · subleuamē et exaltatio oppressorum · totius subsidij ⁊ vere leticie stabile fundamentum · terminus ex ylij · initium salutis · fiducia premij · in tribulatione solacium · in merore refugium · ⁊ in perplexis expeditū cōsilium. ℣ amor ⁊ desiderū cordis · dulcedo ⁊ suauitas mētis · ardor ⁊ inflamatio anime fidelis · lux ⁊ claritas oculorum · symphonia aurū · medulla ossium · vegetatio organorum · iocundissimum speculum beatorū · iubilosum spectaculum angelorum · felicissima letitia bonorum hominum. ℣ adiutrix egregia omnium desolatorum · spes lapsorum · via errantium · gaudium gementiū · vita mortuorum · subsidium defunctorum · consolatio afflictorum refugium pauperum · quin ymo omnis spei ⁊ prouidētie virtuosissimum complemētum ¶ En ego miser peccator ⁊ indignus famulus tuus · te matrem dei virginem inuiolatam · dñamq3 meā reuerendissimā · iterū ⁊ iterū fiducialius quo potero · ad auxiliū meū inuoco · atq3 toto mētis conatu deprecari nō cesso · in sanctissimi nominis tui p̄conium ⁊ deficientis anime mee salutē · quatenus remiscri digneris omniū dolorū · pturbationū ⁊ angustiarū ·

omnis amaritudinis·pene ⁊ tristitie·quas per totā vi-
tam tuam ⁊ q̄ꝫ maxime ī passione filij tui amarissima·ac
ipsius morte durissima pacientissime sustinuisti. Recor-
dare itaqꝫ quomodo ipse appropinquante iā ⁊ imminen
te pascali tempore·quo disposuerat se agnum viuū ⁊ et
num ymolandum in figuram ⁊ precium nostre redemp
tionis. Eo ipso a te matre sua dulci ⁊ mestissima iam q̄n
ta feria sero recedente·⁊ in iherusalem magno cum desi
derio·cenam cum discipulis suis anteaq̄ꝫ pateretur mā
ducante:ac post cenam humili pedum lotione eorūdem
peracta·necnō excellentissimi sacramenti corporis ⁊ san
guinis sui institutione celebrata·in valedictōnem sue ꝓ
fundissime caritatis quo maius non habuit·⁊ in memo
riam sue acerbissime mortis quo maius facere non potu
it:saluberrimoqꝫ sermone eius finito·carbonibus igni-
tis suauissime dilectionis pleno:egressus fuit cum disci-
pulis suis in montem oliueti·vbi tristis vsqꝫ ad mortem
procidens in faciem suam·factusqꝫ in agonia prolixius
patrem orans·⁊ mortis amaritudinē naturaliter timēs
sciensqꝫ quia consiliati erāt recipere animam suam·⁊ ꝙ
posuerunt aduersus eum mala pro bonis ⁊ odium ꝓ di
lectione sua:tribulationemqꝫ proximam preuidēs·⁊ nō
esse qui adiuuaret:sic ex forti apprehensione imminentis
passionis ac durissime mortis·vehemētiqꝫ anxietate sen
sualitatis:factus est sudor eius admodum sanguinis in
terrā decurrentis·quia accensa erat ardore amoris for-
nax eius cordis. Quomodo deniqꝫ in ortu capi ac vo-
luntarie pro nobis pati volens·illic a iuda proprio suo
discipulo in manus impiorum osculo traditus·ab inimi
cis crudeliter captus·manibus a retro in modum latro
nis fortiter ligatus·a suisqꝫ derelictus·ac maximo cum
impetu hincinde tractus·⁊ ad annam primum ductus·

aputq3 eũ alapa dure pcussus fuit·stabat enĩ aput eum
inclinato capite·demissis oculis·vultu placido·sermõe
raro:patus ad obꝓbria·ꝓmptus ad verbera Hinc etiã
ꝙ ad cayphã summũ pontificẽ missus·7 ibidẽ senioribꝰ
cõgregatis·cõcilio malignantiũ obsessus·7 tamq̃3 gigã
tibus cõmotis 7 canibꝰ ferocissimis circũdatus·exacuẽ
tes in eũ vt gladius linguas suas:vt reus ad mortẽ cõ-
dempnatus·a ꝓprio discipulo negatꝰ·ac facie velatus·
colaphis 7 alapis cesus·turpiter cõsputus·totaq3 nocte
multipliciter plasphematꝰ fuit·que oĩnia O vgo clemẽ
tissima a discipulis (vt pie creditur) audiẽs·totã noctẽ in
sompnẽ duxisti·teq3 lacrimis 7 doloribꝰ acriter afflixisti
angustiabaris doloribꝰ·cruciabaris gemitibꝰ·fatigata
visceribus q̃si deficiens suipirasti·certe exemplũ mero-
ris eras oĩnibus xp̃m adamãtibus. Quõ siquidẽ multo
amplius dolorẽ dolori·luctum luctui supaddidisti·dum
mane facto iherusalẽ veniens:agnouisti eundẽ filiũ tuũ
iam pilato p̃sidi p̃sentatũ·false accusatũ·herodi missum:
ab eoq3 spretũ 7 pilato relegatũ·ab eiusdẽ militibꝰ vgis
7 flagellis attrociter cesum·ꝑ totũq3 corpꝰ suũ immanit
lesum veste ludibria amictũ:spinis coronatũ·turpit ꝯspu
tũ 7 amaris ꝯuicijs illusum·ac tãdẽ a pilato ad iudeoꝝ
cõminationẽ sensu corrupto·loco barrabe morti turpissi
me adiudicatũ:atq3 volũtati iudeoꝝ sanguinẽ ipsius su
pra se clamantiũ ĩ iuste traditũ·quã q̃dẽ sentẽtiã O dña
pijssima audiẽs·q̃nto cũ indicibili merore·q̃nto inestima
bili lamento·fletu atq3 planctu·a ꝯsodalibꝰ tuis semiui
ua ducebaris ad videndũ adhuc filiũ tuũ dilectissimũ:q̃
busdã forsan dicẽtibꝰ ac tibi ĩsultãtibꝰ ecce hec ĩfelix hu-
ius seductoris puerpa:cur nõ cũ eo vt digna ẽ crucifigi
tur·submergit·incẽdit·aut alio mortis extermĩo suffo-
cat Q, etiã nihiloĩꝰ ĩcessant plorãs ꝑ ciuitatẽ iherusalẽ

ducebaris·donec videbas eundem tuū filium cruce sua grauiter oneratum·in cōspectu ingentis ꝛ p parte alieni populi·tam obprioſe ad ſuplicia eductū·inter latrones viliſſime deputatū·ꝛ a te ꝛ q̄z plurib⁹ deuotis mulieribus lamētabiliter deploratū. ℣ Deinde recordare quo modo vidiſti eum veſte ſua acri pena loco golgothe erutum·ſuper lignum crucis nudum ac dire proiectum·crudeliter expaſſum ꝛ hinc inde diſtricte extenſum atq; tractum·crucifixum·manibus ꝛ pedibus perforatum·i cruce leuatum·cruore vndiq; perfuſum·ac per omnia plagis ꝛ vulneribus acerime laceratum. ℣ maria aduocata noſtra tutiſſima·quos fontes lacrumarum dicam tūc eripuiſſe de pudiciſſimis oculis tuis ℣ anguſtie anime tue dum dicere potuiſti·quis mihi det vt moriar p te fili mi ℣ quantus dolor ꝛ amaritudo erat tibi mater meſtiſſima·dum hec ꝛ alia in filio tuo proprijs videres oculis. ℣ Nam pene ſentiri potuerunt·narrari non poſſunt·vndiq; fuerunt dolores ꝛ anguſtie·vndiq; tormenta ꝛ pene. ℣ Quanto enim diligebas ardentius·tanto vulnerata ꝛ profundius. ℣ Numq̄ non ſuffecit nobis filij paſſio niſi ꝛ tu crucifigereris ꝛ mater. ℣ Preterea cū iam ſub cruce lamentabiliter ſtares corpore·mente tota migrata·filiū tuum anxie intuendo·q̄ audiſti eum pro crucifigentib⁹ ꝛ eum deridentibus cum lacrimis orantem·latroni paradiſum q̄z pie promittentem·ac te matrem ſuam meſtiſſimam diſcipulo ſuo iohanni tam cordintime cōmittentē· ℣ domina mitiſſima·ab angelo aue benedicta·ꝛ nunc omni conſolatione deſtituta·q̄z grandis erat tua ꝓpaſſio ꝛ q̄z inequalis commutatio·pdere filiū ꝛ recipere ſeruū· mortem filij aſpicere·ꝛ in paranimpho conſolationē habere. ℣ Nunquid tunc vere dicere potuiſti. ℣ vos omnes qui tranſitis per viā·attēdite ꝛ videte ſi eſt dolor ſimilis

C.6

sicut dolor meus. Deniq; supereraltat cordis tristiciam ac mentis compassionē· ꝙ insuper audisti eum se pre nimia cordis angustia a patre derelictū clamantē: necnon Sitio· scilicet salutem hūani generis: ac felle ⁊ aceto potatum. Consumatū est· scilicet magnū opus humane redemptiōis· dicentem: ⁊ in hoc animā suam in man⁹ patris clamore valido· voce rauca cōmendantem· sicq; factus ꝓ nobis patri obediens vsq; ad mortem· inclinato capite· rupto corpore· scissoq; corde ꝓtinus expirātem. O piarum flebile spectaculū animaꝝ· q̄q̄ enim cognosceret ingratitudinē iudeoꝝ· nequiciā cordiū· cōtumelias verboꝝ: deniq; q̄si agnus mansuetus· nec pedib⁹ calcitrans· nec dentibus mordens· nec corde murmurans· nec ore respondens· nec se potestate vindicans· pro nobis vermiculis moritur: diuinā potentiam sapiēter et pacienter occultans· quasi esset impotēs ad resistendum· insufficiens ad respondendū· infirm⁹ ad vlciscendū· imbecillis ad retribuendū. O q̄gratuita et ꝓbata dilectio et q̄indebita miseratio· regem glorie mori ꝓ despecto vermiculo. Ideus ergo anime exitū sol obscurabatur· quia verus sol eclipsim paciebatur: terra tremuit· petre scisse sunt: ⁊ tuā ip̄ius animā ꝑtransiuit doloris gladius· quia tūc omnis dolor ⁊ plaga dilectissimi filij tui· fuit dolor et plaga cordis tui· eo ꝙ mortē eiusdē filij tui per eximiam caritatē et ꝓfundam ꝯpassionē ꝑ oīa tuā fecisti. Ideoq; mortem eius tam irremediabilib⁹ gemitib⁹ ac suspirijs· tamq; inundātibus lacrimis instanter flendo· necnō te metipsam anxiāter affligēdo: intantū scidisti cor tuū maternum· vt caro tua cum spiritu in lacrimis et angustijs resolui putaretur. Exhinc recordare ꝙ latus filij tui lancea perforabatur· ⁊ dolor ac angustia cordis tui rursus renouabatur: maxime q̄a iam vidisti aliud ac nouū vulnꝰ

7 ostium in latere arche·quo intrāt animalia diluuio nō
peritura. Tunc apti sunt celi vt inundaret diluuiū gra-
tie 7 sacramentoꝝ·7 cōtinuo eriuit sanguis 7 aqua·san
guis in preciū·7 aqua in lauacrū. Insup etiam cꝫ in am
plexum corporis de cruce depositi ruens ipsum (vt pie
aduerti potest) superfluētissimis lacrimis pfudisti·7 fa-
ciem eius sputis 7 sanguine deturpatam lamentabiliter
aspersisti·totūqꝫ corpus eius liuidū 7 vulnera eius cruē
ta crebro osculata fuisti:7 sic repleta amaritudine·7 ine-
briata absinthio flendo et osculando satiari non potuisti
Consodales tui volebāt eum tradere sepulture·sed tu
voluisti eum retinere:7 sic erat hic pialis et miserāda cō
tentio inter vos. Demū cꝫ tanꝫ grata·obediens et di-
screta·corpus eius dolenter licet reuerēter sepeliri pmi-
sisti:7 eum lacrimosa voce patri eterno recōmendasti·sa
rumqꝫ sepulchri amarissimis pfundens lacrimis ample
xata et deosculata fuisti. Deu cꝫristua vestigia retroce-
dendo posuisti 7 cꝫsepe retrospersisti·quia reuera ibidem
spiritū tuum sepelisti. Loca crucifictionis 7 passiōis eius
plustrās·cum fletu amaro adorasti·7 oīa memorie tue
viscerose cōmendasti. Jherusalem intrādo deuotas mu
lieres gemētes ac tecū plorantes habuisti:cū quibꝰ atqꝫ
electis discipulis eius rursum ad te ꝓfluentibus p sab-
batum sedens cōtinue de sua passione ac morte atqꝫ mira
culis in morte eius factis tractasti. Maria ⁊o magdale
ne aliisqꝫ deuotis mulieribꝰ ad emendū species aroma-
ticas euntibus·7 corpus domini sui inungere cupienti-
bus:tu sola resurrectiōem eius (vt pdixerat) firma fide
expectasti:nec erat qui te mestissimā matrem consolare-
tur ex omnibus caris tuis·donec vere ipsum a mortuis
resurrexisse vidisti. Propter omnes itaqꝫ huiusmodi
cōpassiōes 7 angustias·cruciatus·gemitus 7 lacrimas·

quibus virgo mater dei mitis ⁊ benigna·in passione filij tui amarissima·ac ipsius morte crudelissima·tam dire tamq3 inhūaniter afficiebaris: te dñam gr̄e matr̄eq3 misericordie in adiutoriū meū precibus humilimis inuoco· ⁊ ad tuū potentissimū auxilium cōfisus accedo·supplicīter obsecrans:quatenꝰ animā meam tecum vulnerari·⁊ corde meo filij tui passionem sedulo renouare digneris: vt te filiūq3 tuum in tantis amaritudinibꝰ et doloribus iugiter considerādo·p p̄senti sic sim cōsors compassiōis ⁊ tristicie: vt etiam in futuro particeps esse possim eterne consolatōis ⁊ leticie. ¶ Deniq3 te venerandā matrem nunc inter brachia affectionū anime mee fiducialiter accipio·⁊ compassiōis lacrimis te associans·per portam ciuitatis iherusalē ad domuz aīe mee reduco:sic vt ī extre me hore examine·anima mea cū de corpe exierit·a te etiam maternaliter suscipiat·et ad celestem iherusalē cum gaudio perducatur. ¶ Enimuero ⁊ si x̄pm pati oportuit et ita intrare in gloriā suam· ego miser peccator quā fiduciam celū intrādi sine labore ⁊ afflictōe habebo·qui tam detestabiliter delinquo? ¶ Aut si non sunt cōdigne passiones huius tēporis ad futurā gloriā·ego impatiens ⁊ rebellis·necnon tam dure cerui cis:quale p̄miuz in eterna patria obtinebo.qui p p̄senti tam negligēter viuo? ¶ Nū quid hic ad libitū viuere·⁊ alias absq3 labore ⁊ certamine triūphare p̄sumo? ¶ Absit vt hanc rem tam difficilē·ne dicā impossibilē p̄tendam. ¶ Te igit̄ summā post filiū tuū spem ⁊ fiduciā meā·solito p̄cibus hūilimis flagito:quatenus in oīnibꝰ angustijs ⁊ tribulatōibꝰ meis misericorditer me dirigere·meq3 p̄fidenter cōfortare ⁊ adiuuare digneris: vel si est devolūtate filij tui ⁊ salute anime mee· tribulationes et miserias huius mundi a me removendo·aut saltem in eis pacientiam·consilū et constantiam

prestando. Omnia nãq3 a me fienda et omittẽda·singu
la agenda ⁊ pacienda·totũq3 meũ velle ⁊ nolle·posse et
desiderare·simpliciter atq3 ex toto diuine ꝓuidentie ac
tue directõi materne recõmitto. Scit enĩ celestis ille me
dicus filius tuus ⁊ tu in ipo ⁊ non ego·que ꝓsunt ⁊ que
obsunt mihi misero ⁊ infirmo. Preterea cũ iam etiã om
nia que mihi euenire possunt incomoda·peccatis meis
(heu q̃magnis atq3 plimis) ꝓtin⁹ meruisse dinoscã: ne
aut ipsa in futurum ad temp⁹ relinquet̃ emendãda: aut
multo min⁹ eterne mortis pena remaneãt cruciãda·fac
potius ea hic singulis vite mee aduersitatib⁹ cõteri·tua
filiiq3 tui passione reduci·⁊ ꝑ multas tribulatiões ⁊ an-
gustias hũiliato corde emendari. Facq3 vt ipse idem fi
lius tuus hic secet·hic vret vt ineternũ parcat. O q̃mi-
rifice ac misericorditer ipse parcit· dum hic aduersa tri-
buit:⁊ q̃seuere irascit̃·cum semꝑ ꝓspera elargit̃. Haud
dubiũ eos quos diligit hic corripit. Eya ergo O adiu-
trix ⁊ gubernatrix omniũ degentium ⁊ miseroꝝ gratissi-
ma·sis mihi pia clemens ⁊ gratiosa:ac ꝑ om̃e temp⁹ vi-
te mee in fiendis ⁊ omittendis da consiliũ·in agendis so
lacium et in paciendis dulce refrigeriũ:ne aut aduersita
tibus deprimar·seu ꝓsperitatib⁹ extollar:sed te filiumq3
tuum in omnibus benedicẽdo· singulas p̃sentis vite mo
lestias·casus et pressuras·te ꝓtegente·teq3 ducente·pie
meritorie atq3 secure valeam ꝑtransire. Per eundẽ do-
minũ nostrum ihesum xp̃m filiuz tuum·qui pro nobis in
ligno mori·ac te secum pati voluit Amen·:·

¶ Serta pars cõmemorans gesta virginis in sexto vite sue statu · videlicet a resurrectione filij eius vsq3 ad ipsius assumptionẽ pacta: est oratio pfector̃ · iam celestiũ cõtemplantium.

Virgo pstantissima · virga celesti flore speciosissima · vinea gratie vberrima · ager mire fragrantie · flos campi ĩmarcessibilis · rosa paradisi vernans atq3 rutilãs · nardꝰ odorifera · viola non violata · delicatum liliũ candoris ⁊ decoris habens plenitudinẽ: fons inexhausti vigoris · ros dulcoris · dos amoris · vas honoris · vas celestis gre. Tu gloria iherusalẽ · tu leticia israhel · tu honorificentia populi · ¶ diues in omnes ⁊ benedicta sup omnes virgo maria · de cuius substantia modica pars assumpta · totius mundi suffecit soluere delicta. Altissimus nãq3 de terra: idest maria creauit medicinã · sit scriptura · ⁊ vir sapiens non abhorrebit eam. ¶ Quibꝰ ergo modis hanc laudem · que maior est oĩmi laude · nescior̃ per cuius fecunditatem ego captiuus sum redemptus · p cuius partũ ego ꝯdemnatꝰ de eterna morte sum exemptus · p cuius nobilem ꝑlem ego pditus sum restitutus · de exilio miserie in patriã beatitudinis eterne reductus. ¶ solamen ⁊ redemptio generis hũani · decꝰ et exemplũ mũdi · salus ⁊ vita oĩm ꝓfector̃ · spes maxima omnium fidelium · dulcedo ⁊ iocũditas deotor̃ · amor ⁊ ꝯpiscẽtia omniũ bonor̃. ¶ Ten ego miser peccator ⁊ indignus famulꝰ tuus · te matrẽ dei p oĩa benedictã · virginemq3 serenissimã: exhunc ter̃ ⁊ ter̃ in adiutoriũ meum̃ inuoco · et ex totis cordis mei desideriis instãtissime tibi

supplico: in sanctissimi nominis tui preconium ⁊ deficientis anime mee salutē: quatenꝰ reminiscī digneris totius gaudij ⁊ tripudij: iubilo ac leticie: quibus de triūpho filij tui p totū paschale tēpus exultauit animꝰ tuus. Jamqꝫ primū recordare: quot ⁊ quātas de filio tuo īmēsas habueris exultatōes ⁊ innumerabiles ꝓcepis consolatōes: dū ipse post emissionē sui spūs ad tartara descendēs: ⁊ illic sanctos pres clausos ingenti gaudio vltra q̄ narrari potest exhylarās: ac eos inde eripiēs in paradisum exultatōis introduxit: vbi die tercia validus a morte glorificato corpe: ac triūphato hoste resurgēs rursus eos visitauit: cūctis vti in limbo ⁊ amplius nūc iubilātibus atqꝫ hijs vel similibꝰ verbis dicētibus. Delectatōes in dextera tua dñe vsqꝫ in finē. Exultabimus ⁊ letabimur in te: quoniā regnū tuū regnū omniū seculorū. Jlluxit nobis dies redemptōis: noue reparatōis et antique felicitatis. Hec est dies quā fecit dñs: exultemus et letemur in ea. Nubilominꝰ tñ sese tibi p cūctis mortalibꝰ (vt iuste credit) aspectu plurīū letabūdo: et visibi tue adhuc carnali ꝓportionato: primitꝰ ostēdit: ⁊ sic te dulciter alloquēs ac benigne ꝓsolās: resurrexi ⁊ adhuc tecū sum inquiēs: indicibili gaudio letificauit. O q̄le tibi gaudium: q̄ntū qz cordis tui tripudiū fuit: dū filiū tuū dilectissimū ⁊ nūc iocūdissimuꝫ in tāta claritate ⁊ corpis pulchritudine vidisti: quē modicū antea ī cruce pendentē tot plagis ⁊ vulneribus deturpatū lamētabilit aspexisti. Nōne iā vere dixisti. Conuertisti plāctū meuꝫ ī gaudiū ⁊ circūdedisti me leticia: vt cātet tibi glia mea: dñe deꝰ meꝰ: fili mi: ieternū cōfitebor tibi. Dic etiā marie magdalene: ceteriſqꝫ mulieribꝰ atꝫ discipulis suis: q̄sepe apparēs ⁊ quescēs: varijs argumētis ac indicijs resurrectōez suā q̄draginta diebꝰ quibus apparuit veraciter approbauit: non solū ineternū

victurus·sed ⁊ celo et terre·omniq3 creature ꝑhenni iu-
re dñaturus. Depost dum die quadragesima a resurre-
ctione sua·veniẽte hora vt transiret ex hoc mũdo ad pa
trem: ad te dilectissimã matrem suam et discipulos suos
atq3 alios electos venit: ⁊ in signũ memoriale ĩmense di
lectionis sue·in cenaculo vobis ꝯuescens dixit. Temp⁹
est vt reuertar ad eum qui me misit·vos aũt manete hic
quousq3 induamini v̄tute exalto· et eritis mihi testes vs
q3 ad extremũ terre. Non turbet̃ cor vestꝝ neq3 formi-
det: quia vado parare vobis locũ· ⁊ rogare ꝓ vobis pa
trem meu3 vt custodiat vos·et maneatis nobiscum ine-
ternum. Et educens vos ad montez oliueti·⁊ ibidem in
presentia sanctorum patrum ⁊ prophetarum ac aliorum
electorum quos de paradiso sumpserat·valedicens vos
te ceterisq3 videntibus ineffabili iubilatione atq3 in vo
ce tube·cum maxima sanctorum turma atq3 angelorum
agminibus· mirum in modum ac virtute propria celos
ascendit: cunctis indicibili gaudio iubilantibus atq3 di-
centibus. Letantes in domum domini ibimus·quia no
biscum virtutum deus. Et in hoc peregrinationem su-
am finiens·regnumq3 a deo patre sibi p̄dispositum acce
ptans·humanã naturã misericorditer restauratã ad de-
xterã p̄ris ꝓuexit. Et tũc in vniu̇sa celesti illa iherusalẽ·
cantabat̃ per om̃es vicos·alleluia· Centũquadragin-
taq̃tuor milibus cantãtibus in cytharis suis canticũ no
uum ante sedẽ agni·qui vicit et victoriã de inimicis fe-
cit: atq3 ianuas paradisi aperuit. Deniq3 angelico testi-
monio se iudicẽ vniuersoꝝ strẽnue venturũ approbauit.
Dz etiã sicut ꝓmisit discipulos suos timidos atq3 clau
sos aduentu spũssancti decẽ lapsis dieb⁹ om̃i gaudio re-
pleuit: eiusq3 virtute imbutos sapientia sua diuinit⁹ in-
spirata docuit· ⁊ amore suo feruẽter accendit: necnon ti

more seruili a cordibus eorũ sublato·eos fortissime robo rauit. Et post sui ascensionez te in discipulox dñam·euã gelistarum magistrã· ⁊ refugiũ ac consolatõnem omniũ ad fidem ꝓfugientiũ· diu in hoc mũdo exulare permisit. Recordare itaqz ☩ virgo ꝑferendissima· eiusdem pere grinationis tue status·quẽ vsqz ad glorioſam assumpti onem tuã tenuisti. In quo quidẽ statu indesinẽter mẽte· ⁊ si oportunitas affuit frequẽter etiam corpe·loca i qui bus filius tuus ꝓuersatus· ⁊ maxime vbi passus fuit visi tasti: ac gesta·verba ⁊ facta ipsius attentissime memorie cõmendans·necnõ dulcissimã ꝓuersatiõem vestram sine intermissiõe pertractãs·passionem eius sedulo in corde tuo materno intentissime renouasti. ☩ Denicz nihilomin⁹ in hac pegrinatõe tua pre desidero et ardore liquescẽs· pre nimiaqz amoris dulcedine languẽs: de die in diẽ in amore filij tui ꝓfundi⁹ exarsisti·ac intimis suspiriis·pijs qz gemitibus ipsum cõcupiscens ⁊ terrena detestans·in tantũ attediata fuisti: donec tandem desiderũ diu opta tum felicissime obtinuisti· ¶ ☩ Propter hanc ergo pegri nationẽ tuam·ac omnes supradictas ꝓsolatiões et letici as in iocũda filij tui resurrectiõe recupatas: non de meis meritis·aut quibuscũqz virtutibus p̃sumens· sed de tua bonitate ac supabundãti gratia ꝓfidens· te petere nõ si no: quatẽ⁹ ab eodem filio tuo dilectissimo gratiã spũa liter resurgendi· virtutemqz in nouitate vite ambulãdi· necnon aduscz vite mee terminuz cõstantiam persisten di mihi fragili peccatori clemens atqz pie impetrare di gneris: sic vt hoc in mundo solo corpore degens·ac men te cum eo celum ascendens·omnem spem ⁊ fiduciã meã totũ cor et desideriũ meum in ipsum solum et te matrem suam ponaz. ☩ Impetra ergo mihi ab eo ☩ ineternũ be nedicta virgo in eo super oñia desiderata requiescere ⁊

cor meũ in ipso solo pacificare: quia extra eũ dura sunt
oĩa ⁊ inquieta: vt in hac pace in idipsum· hoc est in ipso
summo ⁊ eterno bono dormiam ⁊ requiescã. Hec enim
trãquilla quietatio in filio tuo· ⁊ pura ꝯscientia in semet
ipso· est vere gaudiũ spũale qđ vermen excludit interio
rem· a carcere doloꝝ liberat rationẽ: ⁊ ab omni ĩmundi
cia purgat mentẽ. Hec est sancta paradisus deliciaꝝ· va
riis virtutũ floribus purpurata· ⁊ fortiter celesti gr̃a irri
gata: in qua plantat̃ lignũ sapientie· in maliuolaꝫ enim
animã nõ introibit sapiẽtia. Hec sola est thalamus dei·
palacium xp̃i· habitaculũ spũssancti· thronus salomonis
⁊ lectus sponsi celestis· quo ipsa anima delectat̃ optime
⁊ requiescit cum sponso suo interne. Et q̃a O virgo ma
ter dei gratissima· fragilitatẽ meam ꝑsistendi· ac facilita
tem meã retrospiciendi dinoscens: de viribus ac virtuti
bus meis nil omnino presumere audeo. Ideoqꝫ susci-
pe p̃ces serui tui tibi hũiliter supplicantis· ⁊ dep̃care dile
ctum filiũ tuum: vt ipse spiritũ suũ sanctũ quem discipu-
loꝝ suoꝝ cordibus infudit· in cor et animã meam mitte
re dignetur: qui dulci ⁊ dignissimo aduentu suo cogita-
tiones cordis mei· omnes potentias anime mee· affecꝰ
mẽtis ⁊ desideria sanctificet ⁊ inflãmet· corroboret ⁊ cõ
firmet: intellectũ illuminando ad eum perfecte cogno-
scendum· voluntatem inebriando ad ipsum super om̃ia
diligendũ· memoriã stabiliẽdo ad eum semper ac dulci-
ter cogitandũ· possidendũ ⁊ fruenduꝫ. Nunc etenim ex
passis in modũ crucis manibus· ⁊ erectis in celũ lumini
bus: veniã rogo de omissis· qui hactenꝰ sedi in tenebris
mortis. Nũc enim lumẽ sapiẽtie modicũ tenebras men-
tis mee propulsauit· et te mihi patronã meam fidissimaꝫ
affectu quodam inexperto demonstrauit· desideria par-
tim depulit et fidem dormitantem aliqualiter excitauit.

Digit̃ singularis virgo mater dei maria: apud eundez qui in te supueniens vterum tuũ fecundauit. ac te sacratissimũ filij tui templũ consecrauit. ꝓ me iugiter intercede: vt ipse septiformis spiritus sui gratia cor meum visitet ab alto: ipsuz donis suis benigniter replendo. Dono puta sapientie. quo mihi cũcta sapiant vt debent: dono intellectus. quo mentis mee intuitus illustret̃: dono consilij. quo gressus semitarum tuaꝝ incedam: dono fortitudinis. quo hostiuz insolencias impugnare valeam: dono sciẽtie. quo inter bonũ ⁊ malum discernere sciam: dono pietatis ad proximũ. ⁊ dono timoris ad deum: quatenus sic donis ⁊ muneribus suis eruditus atqz decorat⁹. eius templum ⁊ inhabitatio effici merear condigne. Qꝫ etiam ꝓinde apud me mansionem faciens. ac me gratia donis ⁊ virtutibus suis gratificans ⁊ ꝑficiens: faciat me omnes vires corporis ⁊ anime mee. omnia verba. cogitatiões ⁊ opera: totum velle. posse ⁊ operari. in idipsum libens atqz gaudens dirigere. Sic vt demũ spũali gaudio constãter ei adherendo. in cõscientie quoqz puritate ⁊ animi trãquillitate indesinenter permanendo: incolatum huius miserie. cum aduena ⁊ ꝑegrinus sim sicut omnes patres mei. fine bono ⁊ exitu leto. feliciter valeã terminare. Per eundem dominũ nostrum ihesum xp̃m filium tuum. qui te spiritu suo sancto fecundauit. ac orbem terrarum eo repleuit Amen.:.

¶ Septima et vltima pars cõmemorans gesta virginis in septimo vite siue statu· videlicet ab assumptiõe sua gloriosa ꝛ vsqꝫ in eternum regnatura pacta et pagenda: est iterũ oratio perfectoꝝ· iam secure mortem expectantiũ.

Lumen celi pfulgidũ· syduſqꝫ poli clariſſimũ· totum celeſtem illuſtrans curiã· alma redemptoris noſtri mater ꝛ virgo maria. Tu thronus ac ſacrarium trinitatis· ſpeculũ diuine maieſtatis· poſt deũ ſingulare tenens ſanctitatis priuilegiũ. Per te enĩ ſeruꝰ finitur· libertas redditꝫ ꝛ celi porta aperitur. Tu celo altioꝝ· abyſſo pfundioꝝ· aurora pulchrioꝝ· luna lucidioꝝ· ſole ſplendidioꝝ· oĩ creatura nobilioꝝ· eo ſolo q̃ ex te natus eſt inferioꝝ: O iudith pulcherrima que caput abſcidis holofernis. O heſter ornata ꝛ humilis que celeſtem regem placaris. O ſereniſſima celoꝝ regina que cũctis celoꝝ ciuibus gaudiũ ꝛ exultatõem infundis. Quid ampliꝰ digne de te dicã ego pauper ingenio· cũ de te quicq̃ dixero minor laus eſt quã tua dignitas mereꝝ. Si celum te vocẽ altior es· ſi matrẽ gentiũ pcellis: ſi formã dei digna es ꝛ exiſtis: ſi dñam angeloꝝ· p oĩa eſſe pbaris. Ex nũquid ita deificata ꝛ exaltata vt nr̃e hũilitatis oblita ſis? Nũquid dña ſcis in quo diſcrimĩe nos reliqueris? Sed nunq̃d ſi ſubtrahit gloria reuocat natura? Reuertere ergo reuertere O ſunamitis· cũ ideo a filio tuo ſup omnes angeloꝝ choros et ſanctorum ordines exaltata ſis· vt p nobis miſeris apud eundez iugiꝝ intercedere poſſis. ¶ Ego miſer peccatoꝝ et indignꝰ famulꝰ tuus te virginem

matremq; dei preclarissimam·p totum pulchram et laudabilem nimis·iam itez ⁊ iterum suspirans admoneo· ⁊ ad exaudicõem precum meaz inq̃tũ valeo deprecari cupio:in sanctissimi nominis tui p̃conũ ⁊ deficiẽtis anime mee salutez:quatenꝰ reminisci digneris ullius tue felicissime in terra domitatiõis·ac illiꝰ tue gloriosissime in celum assumptiõis:quibus tunc aduenente tempe quo dilectissimꝰ filius tuus·te dignissimã genitricem suã desponsuit assumere·tam indicibili gaudio·tamq; incomprehensibili maiestate· summo cũ honore ac inuincibili triumpho mirũ in modũ sublimauit. Quã primũ ne meos inopinata horroꝛem incuteret· tibi per sanctũ angelũ suum emigratõis tue tempꝰ ꝓsignando:ac interim agoniẽ tuũ per oĩa securum·sanctoꝝ apostoloꝝ aliorũq; electoꝝ desiderabili aduentu necnon presentia decorando. Hinc propria in ꝓpria cum tota celestis militie curia·tibi mere festiuus·hylaris ⁊ decorus iucũdissime obuiando:⁊ in signũ filialis veneratõis cordintimeq; dilectionis·hac dulcissima vel alia inaudita salutatõe te totaliter exhylarando:dicens. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te·fauus distillãs labia tua·mel et lac sub lingua tua·odor vngentoꝝ tuorũ super omnia aromata·iam enim hyems transijt:ymber abijt et recessit:flores apparuerunt·vinee florentes odorẽ dederunt·⁊ vox turturis audita est in terra nra:surge ꝓpera amica mea· veni de libano veni coronaberis. Ad quam vocem duxdum dicebas. Filie iherusalem nũciate dilecto·qa amore langueo. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum· quando veniam ⁊ apparebo ante faciem dei. Satiabor cum apuerit gloria tua. Nunc vo verissime potuisti dicere. Paratum cor meum deus·paratũ cor meum. Anima enim mea liquefacta est·vt dilectꝰ locutus est. Inueni

quem diligit anima mea: tenui eum ⁊ non dimittã. Tra
he me post te· curremus in odore vngentoruz tuoꝝ. Ac
hijs vel similibus verbis· leua eius sub capite tuo posi-
ta· ac dextera illius amplexata: sacratissimam animam
tuam sine omni corporis dolore· que penam mortis sub
cruce nimirum pertulisti: absqz etiam omni inimicorum
terrore· que sola caput inimici contriuisti gloriose assu-
mendo: eamqz super omnes angelorũ choros ⁊ sancto
rum ordines· cum maxima angeloꝝ admiratiõe ac san-
ctorum iubilo· iuxta sedem suaz mirabiliter collocãdo.
Justicia enim exigebat· vt sicut nõ erat in terris locꝰ di
gnior virginalis vteri tui thalamo· ita nec in celo rega
li tuo solio. Exultare itaqz in carminibꝰ tuis benedicta
virgo· quia tũc magnificata est anima tua pre omnibꝰ di
ebus vite tue: cum celestis dauid rex deduxit archã su-
am nobilissimã in iherusalẽ ciuitatem celestem cum omni
israhel. Cum etiaz inducta es in cubiculum regis veri
assueri· eterni videlicet patris: qui te adamauit sup om
nes mulieres· ⁊ posuit dyadema sup caput tuũ: vt osten
deret cunctis principibus celestis paradisi diuitiarũ sua
rum magnitudinẽ· ⁊ tui speciosissimi decoris pulchritu-
dinez: ⁊ liquido cognoscerent ꝙ inter multas filias que
cõgregauerũt sibi diuitias tu supgredereris vniuersas.
Cristi itaqz filij tui generatõem· ⁊ tuã gloriosam assum
ptionem· quis enarrabit? Deniqz etiam corpus tuũ no
bilissimũ glorificans· ac ex debito (vt pie credit̃) ipsum
a corruptione p̃seruans: iam te totam anima et corpore
innumeris meritis ⁊ gaudijs repletam· necnon omni glo
ria ⁊ decore fulcitam· super omnẽ puram creaturaz inef
fabiliter exaltando. Qua nãqz gloria ⁊ honore filius tu
us quẽq̃z angelũ vel sanctuz suũ decorasset· quibus nec
te matrem suam p̃dilectissimã natura dictante p̃fulsisset.

Si enim nec oculus vidit· nec auris audiuit· nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibus se: quid preparauit gignenti se: imo pre omnibus diligenti? Ideoqz sicut sol splēdore suo mundū· ita tu claritate tua illuminas celum: quia in eo summū gaudium est post filium tuū videre te· adherere tibi· ⁊ in ꝓtectionis tue munimine demorari. Insup te eterni patris filiaz· matrēqz suam· ac spiritussancti sponsam· indiuidue trinitatis ancillam· dei sororem et amicam: angeloꝝ imperatricē· sanctorum ducissam· celi reginā· mūdi dominā· abyssi preceptricem· in summā humani generis recōciliatricem et nostre ꝑegrinationis aduocatam cōstituendo· necnon tibi ⁊ sibi vnū velle· vnum (vt ita dicam) posse· cōuiuere ⁊ regnare summa cum securitate eternaliter assignando Positus nanqz est thronus tuus ad thronū filij tui veri salomōis et summi iudicis· tibi dicētis· Pete mat̄ mea· neqz enim phas est· vt auertam faciem tuam: quatenus tanq̄z mater iudicis ac hominis rei ⁊ peccatoris efficaciter salutis nostre negocia ꝑtractare possis. Et sic in archanum diuine trinitatis consiliuz accepta es· vt ex ore tuo pendeat cōsolacio miserorum· recōciliatio peccatorum· redemptio captiuoꝝ· liberatio damnatorū· salus iustoruz· ⁊ remuneratio vniuersoꝝ. Vigitur q̄z speciosa facta es ⁊ suauis in delicijs tuis sancta dei genitrix· vt voce iocūdissima intonares. Scd̄m multitudinem dolorū meorum cōsolationes tue domīe letificauerunt animaz meam. Quoniā introduxit me rex in cellaria sua· ad gustandū q̄z suauis ⁊ diues sit ī thesauris suis. En dies quē expectaui· īueni ⁊ vidi. Trāsite ad me oēs q̄ ꝯcupiscitis me· qm̄ ego ī altissimis habito. In orb⁹ enī requiē quesiui· ⁊ solū ī hereditate dn̄i morabor: decetero ī iacob ⁊ in israhel habitabo· vt mittā in electos ei⁹ radices īeternū.

¶ Propter hanc itaqꝫ felicissimam migrationem et glo
riosissimā assumptōem tuam: te summā apud deum pa-
tronam ac aduocatā meam suppliciter obsecro: quatenꝰ
me in finali tempore angustie ⁊ tribulationis · in horaqꝫ
horrende mortis mee misericorditer adiuuare · meqꝫ be
nigne ⁊ pie visitare ac tueri digneris. Cum hec sit hora
ipsa metuēdissima · hora inq̄ꝫ terribilis ⁊ horrēda · in qua
vniuersa mortaliū corda tremūt ⁊ omnis cōscientia ex-
pauescit: ob cuius securitatē tibi cupio omnibus diebus
vite mee fidele seruitiū exhibere. Instante siquidez mo
mēto illo periculoso · quo mea peccatrix anima est a suo
misello corpusculo egressura · quo me mori debere certis
sime scio · tempus autem · locum modū ⁊ statum morien
di nescio: infelix ego homūcio ad quem me q̄ꝫ ad te ma-
trem misericordie tūc auxilij consolatiōisqꝫ gratia vertā
obtentu prorsus ignoro. Eya ergo inundās deiflue mi-
sericordie torrens pia mater · ex intimo cordis mei suspi
rio · ad pedū tuoꝝ vestigia me prosterno · tuā misericor-
dem dulcedinē suppliciter exorando: vt in illa letali ho-
rula tua maternali ꝓtectiōe ac letanti p̄sentia perfrui di
gnus fiam: ne aut mors inopinata seu improuisa me pre
ueniat · aut subitanea vel bestiali perire ꝯtingat: verum
potius ante horā exitus mei deuota sacramentoꝝ perce
ptio · pijssimaqꝫ tua apud filiū tuū recōciliatio efficaciter
me cōmuniat: sic vt ꝑ veram ꝯtritōem · purā ꝯfessionez ·
peccatoꝝ meoꝝ satisfactōez · sacramētiqꝫ eukaristie sum
ptionē necnō extreme vnctōis ꝓuisionez: tibi filioqꝫ tuo
digne placere: ac ꝓinde ab incursu demonū · ab errore fi
dei catholice ⁊ a desꝑatōne · atqꝫ ab om̄i īminenti ꝑiculo
saluꝰ ⁊ securus ꝑ te liber atqꝫ felix valeam mori ⁊ obire.
Quid eniz is timere · q̄d illi nocere poterit virgo mater
ꝓ quo tu intercedere · quē tue familie ānotare dignaris.

O mea igitur singularis ꝯsolatio clemens regina in pe
riclitantis mei succursum benigniter festina· contra lar-
uales demonũ facies me consigna· a malignoꝝ hostium
manibus me defensa·: cor meuꝫ perterritũ dulci consola
tione instãter conforta· ac miserabiles meos gemit⁹ cle-
menter ausculta. Tũc mihi o dña manus tue largissime
misericorditer extendãtur: dum corpus dolore conterit̃·
oculi obscurabũtur· aures surdescent et obturabunt̃· lin
gua mea ad te inuocandũ inuoluitur ⁊ prepedit̃· cor me
um frangitur· ratio cõfunditur ⁊ obnubilat̃· ⁊ pene om
nes sensus mei deficiũt ⁊ cõturbabunt̃: anima hincinde
extra se circũcirca vexatõnibus ⁊ insidijs dyaboli· intra
se remorsu cõscientie tot ⁊ tantaꝝ peccatoꝝ multitudine
⁊ grauitate ac bonoꝝ operum paucitate· infra se timore
gehenne· necnon supra se terrore ac tremore districti at-
qꝫ irati iudicis torquetur ⁊ angustiabit̃. Tunc etiã me-
mor esto precũ mearum quas nũc ad aures tue pietatis
effundo virgo dei mater alma· succurreqꝫ mihi cadenti
in hac hora vltima necessitatis mee. Ostende ⁊ aperi su
pereffluentissimũ meriti tui ⁊ gratie tue thesaurum· eun
dem tunc strictissimo iudici filio tuo pro me gratiose of-
rendo· ac pro peccatis meis q̃ꝫplurimis atqꝫ magnis lo
co mei copiose satisfaciẽdo. Hic obsecro vt soror mea sis
vt bene sit mihi ꝓpter te· ⁊ viuet anima mea ob gratiaꝫ
tui: ne aut eterne mortis contra me feratur sentẽtia· aut
quibuscũqꝫ flãmis tradar inferni supplicijs. Sꝫ aĩa mea
misera a te benigne suscepta· summo iudici vultu tuo ro
seo presentet̃: ⁊ in eternaꝫ celestis regni beatitudinẽ col
locetur: vbi ipsa post hui⁹ vite miseriã cum omnib⁹ san-
ctis ⁊ electis eius gloriosissimã faciẽ deitatis· ⁊ tue excel
lentissime gloriaꝫ dignitatis videre· benedicere et lauda
re valeat ineternũ. Cum autem hec mors non sit dicen

da bona quam mala vita precessit· ac malam vitam bo
nam sequi mortem sit multuz difficile· periculosumqz sit
penitentiā in finē differre: quinimo ꝙ tam multi sint vo
cati· tamqz pauci electi: ac iust⁹ vix saluetur. Impi⁹ ego
⁊ peccator vbi ero· qui taz detestabiliter viuo. Male enī
mori timeo· sed male viuere nō formido. Ideoqz O do
mina celeberrima· adiutrixqz peccatorum peritissima: si
vnq̄z inter ceteras tue sanctitatis laudes tibi placitū q̄d
obtuli· aut si vnq̄z a te quod sit salutis et gratie quid pe-
tij: nunc v̄o singulari⁹ solito ac validius ex toto mentis
mee affectu instātissime peto: quatenus ab eodē filio tuo
dilectissimo mihi misero ⁊ indigno impetrare digneris·
talem totius vite mee emendationē· q̄z dignam ⁊ lauda
bilem cōuersationem· talemqz pro p̄senti statum ac viuē
di modū· necnō om̄i cum obedientia atqz pacientia talē
virtutum operatiōem ⁊ tribulationū sustinentiam: vt sic
eo donante suam gratiā ⁊ misericordiā· tuamqz visitati
onem ⁊ consolationē maternam· quā mihi nunc ⁊ in no
uissimis meis adesse rogo· bonis operibus digne ꝓme-
reri valeam dum viuo: vt qui ꝓpter scelerū meoꝝ multi
tudinez ⁊ magnitudinē dignus sum damnatiōe eterna·
per mellifluam dep̄cationem tuam· ac filij tui copiosissi-
mam redemptionē consequi merear vitam sempiternā.
Prestante eodez dño nostro ihesu cristo filio tuo: qui te
secum congaudere· cōsedere ac te sibi conregnare consti
tuit ⁊ p̄uidit ineternum. Amen·:·

Subsequens exclamatio de beatitudine eterna· potest
(si placet) ad petitōem illius vltime partis: vtpote an-
te conclusionem que incipit. Prestante eodem dño ⁊c.
cōuenienter adaptari.

Dreclaz illum diem. Quando veniet vt appareaz in conspectu eius gloziosus? Quãdo mihi cõcessus fuerit illius summe beatitudinis ingressus· vbi vacabo· videbo et amabo? Quãdo aperiet thesaurũ suum optimũ videlicet celuz· et habũdare me faciet omnibus bonis· vt ꝓphete sui fideles iueniãtur: z serui sui boni z fideles cum talentis ipsis traditis· in gaudiuz domini sui cum vsura ꝑsententur. Et z ostendat mihi sui dominij vniuersalitatẽ· sue potentie imensitatem· sue cognitionis infinitam claritatẽ· sue volũtatis summã libertatem. Patrem gubernatozem· creatozem· benefactoreż· conseruatozem· custodem· omniũqz bonoz largitozem· imutabilem· iustissimũ· misericordissimũ· suam pulchritudinem z gloziam. O qualis erit auersio ab illo beatifico obiecto. Quid queso dulcius· quid suauius· quidue beatius excogitari valet illo nobilissimo atqz simplicissimo obiecto· omnis desiderij nri quietiuo? O infelix ego homo· Quis dabit mihi ad videndũ claritatẽ celestis ihe rusalem: vbi hereditas perpetua illa erit cmibus vna et singulis tota? Beatus ero si fuerint oculi mei ad videndum eũ· vt repleat anima mea ab vbertate domus eius Sitiuit nãqz ad deum fontem viuũ· sicut desiderat cervus ad fontes aquaruz. O summa z perpetua felicitas. O incogitabilis z eterna iocũditas. O summũ gaudium. O ineffabile ꝑsidium. O vnicũ paupez refugiũ. O dulcedo deuotoz· fons vite· lumen mentiũ excellẽs omne desiderium. O gloziosa mater misericordie virgo maria· recordare quia hec omnia nobis per te sunt renouaz

ta et cōdonata. O beata regio celestis paradisi. O magna domus dei ⁊ ingens locus possessiois eius. loc⁹ omnium deliciaꝝ. ad te suspiro de valle lacrimarum. In te nāqꝫ iuuentus nō senescit. vita terminū nescit. color nō pallescit. gaudium non decrescit. gemitus non audit̄. triste non videtur. ibi leticia semp̄ habetur. malū non timetur: quia summū bonum possidet̄. Ibi sapiētia sine ignorantia. memoria sine obliuione. ⁊ intellectus sine errore. Eya q̄ꝫ gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ibi eniꝫ laudabilis chorus patriarchaꝝ. numerus ꝓphetarū. apostolorum. martirū. confessoꝝ. virginū. innumerabilisqꝫ cetus angeloꝝ ac alioꝝ beatoꝝ. deum incessanter laudancium ⁊ clamantiū. Sanctus. sanctus. sanctus dn̄s deus sabaoth. Certe beati qui habitant in domo tua domine. quoniam in secula seculorum laudabunt te. Hec nanqꝫ sola eoruꝫ occupatio tui summi boni videlicet laudatio. O decor celi. gloria paradisi. vita viuentium. spes morientium ⁊ indeficiens principiū. Ora ergo virgo ineternum benedicta. vt transferat me dn̄s pius atqꝫ benign⁹ in illam beatam spem. ineffabilem leticiam atqꝫ mansionem eternam: vbi est semp̄ laudacio ⁊ exultatio. iocunditas ⁊ securitas sempiterna. deus ac dn̄s formans ⁊ creans omnia. qui est benedictus in secula. Quiqꝫ te secuꝫ congaudere. consedere. ac te sibi conregnare cōstituit et preuidit ineternum. Amen.:.

Finis itinerarij seu peregrinationis beate marie virginis.

Itinerarium Beatae
Virginis Mariae

Incun.
1490
.I8
Rosenwald.
Coll.

MLS 6 Oct 48

AA/ATN